us ⁊ homo. Statim fulgura ceciderūt. ⁊ cum maximis flāmis ⁊ fetoribus illa illusio euanuit ⁊ inuenerūt se oēs ī loco fetido ⁊ corrupto. ⁊ ex tā magno ⁊ mirabili miraculo cōuersi sunt ⁊ seruierūt xp̄o. Itē ad idē. scꝫ ꝙ demones cōfitent̄ xp̄m. Accidit in partibus bolozanis ꝙ dum quidā hereticꝰ pessimus fuisset ductus ad ignē. ⁊ fuisset in medio maximi ignis. tunc incepit clamare. Deus meꝰ adiuua me. Tunc ignis in medio est diuisus ⁊ circūquaqꝫ diuisus non ei nocuit. Secūdo accendit̄ ignis. ⁊ in eū proiectus dum clamasset sicut prius aqua maxima de celo descendit ⁊ ignem extinxit. Cūqꝫ populus vellet eum liberare ⁊ inquisitorē fratrū predicatorum cōburere. inquisitor accepto corpore xp̄i secrete perrexit ad locū in quo erat preparatꝰ copiosissimꝰ ignis ⁊ extrahens corpus xp̄i ī presentia totius populi sic dixit. Dn̄e ihesu xp̄e q̄ precepisti zizaniā colligere ⁊ in ignem mittere. rogo per hoc sacrū corpꝰ tuū quod hic est. ut ostēdas potentiā tuā super hoc membrū dyaboli. qui negat ꝙ tu non es hic ī hoc b̄ndictissimo sacramento. Cum ergo hereticꝰ fuisset ꝓiectus in ignē ⁊ clamaret Deꝰ meꝰ adiuua me. Demon respōdit. Nō possuꝫ quia deꝰ uerus ⁊ uerus hō ī illa hostia est. qui non solū meum posse abstulit. sed etiā expellit ne hic plus ualeaꝫ immorari. sed inualescēte flāma hereticus est cōbustus. Item ad idē. Fuit quidam incātator qui habēs demonē inclusum in quodā anulo. dum quadaꝫ die loqueret̄ cum eo. demō incepit clamare Dimitte me obsecro ut fugiā paululum ⁊ reuertar statim ad obsequium tuū. Cūqꝫ ille cōcessisset ⁊ demon reuersus fuisset. inquisiuit cām recessus. tremoris ⁊ doloris. Cūqꝫ demon se recusare diceret ⁊ ille cōstrinxisset eū. ait. In sacramēto est uerus deꝰ qui creauit celum ⁊ terrā ⁊ ōnia que in eis sunt. Et ideo ferre non potui eius presentiam. quod tunc portabat̄ per carreriaꝫ ad infirmū. Cūqꝫ sic loquerent̄ ⁊ sacerdos reuerteret̄. incantator in uirtute Ihesu xp̄i ei precepit ut nō recederet. Qui tremens ⁊ dolēs dum iret sacerdos. ait demon. Adorabo locū ubi steterunt pedes eius. ⁊ prostratus iacuit quousqꝫ trāsisset. Quinto cōfitent̄ eū ibi esse peccatores ⁊ infideles. Mulier quedaꝫ per multos annos in cecitate manens. in dominici corporis sacramēto dubitauit. de quo dolēs affligebat̄. ac consilium a uiris sanctis petebat. Tādem Romā rediit. ⁊ dubia adhuc rediēs ecclesiam in qua missa erat celebrāda intrauit. ⁊ deuote rogauit ut deus hanc dubitationē auferret. Tunc in eleuatione corporis xp̄i uidit xp̄m in forma hominis ⁊ eā a cecitate curauit. Itē ad idē. In partibꝰ ultramarinis dum quidā scismaticus sacerdos celebraret missam ⁊ ante receptionē saraceni inuasissent eū. ipse subito sanguinē assumpsit ⁊ corpus in manu posuit. qui credentes ꝙ esset pecunia. interrogabant quid esset. Tunc ille. Caro xp̄i est. ⁊ aperiens manū uisa est pecia carnis. iterum secūdo dixit. Lux dei est. Statim apparuit in figura lucis. ⁊ quotienscūqꝫ diuersificabat noīa per que hoc sacramentū exprimit̄. statim in illis speciebus mōstrabat̄. ⁊ tunc territi saraceni fugierūt. Item ad idē Legitur ꝙ soldanꝰ in die pasche uocauit aliquos xp̄ianos captiuos qui illa die cōmuni

cauerant. ⁊ interrogauit eos quo ibat corpus xp̄i post assumptionem. ⁊ q2 erant simplices ⁊ ignorãtes nec scirent quid rñdere deberẽt. Unus autem illoꝝ ait. Domine, ad caput. Et statī ex precepto soldani illi caput amputatur. ⁊ diuiso capite in medio inuẽta est candididissima hostia Que in figura pueri cõuersa cum mirabili claritate celos ascẽdit. Tunc soldanꝰ timore perterritus omnes xp̄ianos a seruitute liberauit. Sexto insti. Frater Gallus de campis magister ĩ geometria de ordine fra. p̄dicatoꝝ de sacramẽto altaris dubitabat. ⁊ de dubitatione dolebat. Quare in missa rogauit deum vt istã temptationẽ auferret. Tandẽ apparens ei xp̄s in missa in forma iuuenis pulcerrimi cedebat eũ in facie cum manibꝰ dicens. Noli amplꝰ dubitare ego sum. ⁊ sic tẽptatio recessit. Itē ad idẽ. Cum parisius omnes doctores cõmisissent sancto Thome de aquino ordinis predicatoꝝ ut ipse materiam corporis xp̄i terminaret. ⁊ õnes assentirent sibi ⁊ sue sentẽcie. sanctꝰ p̄dictꝰ hoc attendens. in quibusdã quaternis omnia scripsit Cũ autem ad legendum deberet accedere. cũ maximis lacrimis rogauit deũ dicẽs. Dñe deus propter charitatẽ qua dilexisti humanũ genus impedi linguã meam ut nõ possim p̄ferre illa q̃ scripta sunt in istis quaternis de sacramento altaris si sit ibi aliquid cõtra fidem. Tunc statim xp̄s stetit super quaternos cum mirabili claritate. ⁊ ait. Omnia recta sunt et uera Et cum sociꝰ suus hoc uidẽs pro priori parisiensi iuisset ⁊ alius ⁊ uenissent una cum socio. uiderũt camerã plenã claritate. ⁊ sanctũ Thomam per duos palmos stantẽ ⁊ eleuatũ a terra. Item ad idẽ ꝙ iusti cognoscũt. Legit̄ ĩ hystoria lombardica ꝙ cũ Hugo de sancto uictore in infirmitate ultima laboraret. ⁊ nullũ cibum retinere posset. corpus dominicũ cum multa instãtia postulabat. Tunc fratres eius turbationem sedare uolẽtes. simplicē hostiam ad instar corporis dominici sibi detulerunt. Quod ille per spiritũ agnoscẽs ait. Misereat̄ uestri deꝰ fratres, q2 me deludere uoluistis. Nam ille quẽ portastis non est deꝰ meus. Tunc illi currentes ad corpus dominicũ ipsum detulerunt Quod ille uidẽs cum fletu sic ait. Ascẽdit filiꝰ ad patrẽ ⁊ spiritussanctus ad deũ qui fecit illũ. Et hec dicẽs emisit spiritũ corpore dominico etiā disparente. Item ad idẽ. Refert Cesarius ꝙ quidam monachus de ordine cisterciẽ cum in die natalis in quodam altari celebraret cum lacrimis. Facta trãssubstanciatione iam non speciem panis sed infantẽ pulcerrimum uidit. cuiꝰ amore succensus ⁊ pulcritudine delectatꝰ. complexus est eũ. ⁊ dum sic super corporale reposuisset formã sacramẽtalem reassumpsit. Septiō cognoscunt ipsum esse pueri. Frater q̄dam familiaris cuidã nobili uiro domum eius frequẽtabat. ⁊ filiũ eius unicū plurimũ diligebat. ⁊ quia puerilia ei afferebat. puer sequebat̄ eum ubiq̄ Et cum ad ecclesiã fuisset eum secutus ubi frater cõtinue celebrabat. stãs puer iuxta fratrẽ uidit manifeste ĩ eleuatione corporis xp̄i puerũ in manibus dicti fratris. uidit postea fractionẽ et sumptionẽ. ⁊ iō fugit ⁊ abscõdit se in turri. Quesitꝰ āt ⁊ inuentꝰ nullatenus uenire uoluit. Cũq̄ frater ille iussit ue

cum adduceret puer clamauit. Salua/te me saluate me. quia iste uult me co/medere sicut hodie comedit unuz pul/cerrimũ puerũ. inquirẽtes uero causaz dicti. inuenerũt q̄ de sacramento alta/ris hoc uidisset. Octauo ꝓbat eum ibi esse ignis. Legit in mariali q̄ qui/dam puer filiꝰ iudei ductꝰ ad ecclesiaz xp̄ianoꝝ cum aliis ad cõmunionez ac/cessit. Quod cum patri innotuisset euz in fornacẽ ardentẽ proiecit. Qd aspici/ens mr̄ tanq̄ furiosa ciuitatẽ totã uo/cibus dolorosis impleuit. concurrunt xp̄iani ⁊ incẽdia ab ore fornacis huc ⁊ illuc dispergi aspiciunt. ⁊ dissipato igne inuenerunt puerũ quasi super plu/mas mollissimas discũbentez. Et abs/tracto illeso ab igne. referebat q̄ muli/er illa in cuius basilica panem accepe/rat sedẽs in cathedra cum paruulo fi/lio me suo pallio ne ignis mihi noceret operuit. Et tunc intromittẽtis patrez in fornacẽ cõsumptus est in momẽto.

Item in baiona fuit cõbusta una ec/clesia. ⁊ cum corpus xp̄i esset in pixide argentea. in bursa linea cõbustis omni/bus ⁊ liquefacto argẽto. bursa cũ cor/pore christi in medio flammarum ste/tit illesa.

De cruce.

Crux multas uirtutes operat in nobis. Primo est demonis fugatiua. Legit in uita beati Longini q̄ dum immundꝰ spiritꝰ exi/uisset ab ydolis. intrauerunt gentiles. ⁊ dum fuissent requisiti causam eius. respõderunt. ubi non est xp̄s nec eius signum. ibi est habitatio nostra. Itẽ ad idem. Legit in passione Cypriani ⁊ iustine uirginis q̄ dum unus magnꝰ homo adamauerat Iustinã. nec preci/bus nec promissis uel minis uellet ei cõ/sentire uel eius cõiugio copulari. uolu/it eã rapere. sed facto ab ea signo cru/cis perdidit uirtutẽ superãdi. Cũq̄ il/le Cipriano incãtatori dedisset duo ta/lenta ut per maleficia eã haberet. Dum quoddã ungentuz dedisset dyabolus. ad quod sequebat mirabilis tẽptatio facto signo crucis demonem cõfusuz uictum fugauit. Cũq̄ fuisset uocatꝰ a/lius fortior ⁊ dedisset medicamentum fortiꝰ. etiã per signũ crucis ipsum abie/cit. Tandẽ uocat prĩceps demonũ qui in specie mulieris uirginis se transfigu/rans. dum ipsam inflãmaret ad coniu/gium. ⁊ rediret ad seipsam. demonẽ cõ/fusum emisit. Cũq̄ demon fuit coniu/ratus a Cypriano per quid uincebat coactus. respõdit per crucem xp̄i q̄ in/ferni claustra confregit. Itẽ ad idez Legit in li. de. uii. do. spiri. q̄ cũ qui/dam dyabolꝰ intrasset corpus cuius/dam iuuenis mortui. factus est cuius/dam ep̄i seruus. ⁊ cum strẽnuissime ser/uiret factus est camerariꝰ. Cum ãt iret ad cameras luna lucẽte. ⁊ ipse porta/ret lumen. quesiuit quãta esset luna. re/spondit iste. xxiii. ⁊ episcopꝰ ait. quõ tu sciuisti hoc ita cito cum nescias lite/ras. respõdit seruitor. ⁊ ego uidi quã/do facta fuit. ⁊ postea cõtinuaui sem/per eius cursum. Tunc episcopus stu/pens signauit se signo crucis. ⁊ demon cadauere relicto sicut fulgur euanuit.

Item ad idẽ. Legit in li. de. uii. do. spũssan. q̄. quidã hõ fuit qui ut dice/batur de nocte ibat cum bonis domi/nabus. Cũq̄ reprehenderet a quodaz sacerdote eo q̄ uidebat eẽ figmentum. respõdit hõ. Si uultis ire mecum hac nocte ego ostendã uobis ueritatẽ rei.

Cui consentiens dum in primo somno nudus surrexisset. inuenit ante hostiū trabem quam ille de mādato illi9 qua si equū ascendit. ⁊ inbibuit ne signaret se signo crucis. Tūc subito rapti ⁊ portati ambo ad quoddā cellariuȝ maximum. uidit ibi maximā multitudinem dominaꝝ psallentiū. Et quia ibi erāt luminaria ⁊ mense posite. dum omnes intrarent mēsam ad comedendū sacerdos sicut cōsueuerat cibaria bñdixit. Tunc subito luminaria illa euanuerūt ⁊ demones cum maximo impetu inde fugierūt. ⁊ sacerdotē illum nudū i lombardia in quodā cellario solum ⁊ inclusum ac super quoddā uas uinaticū reliquerūt. Item ad idē. Legitˀ i li. de septē do. spūssancti ꝙ fuit apud tboletum quidā maxim9 nigromanticus. ad quem accedēs quidā scutifer pauper propter diuitias se ei9 seruitio mācipauit. Cum āt quadā die una cū magistro domino suo ad nemus cum aue uenatica uenisset. uisum fuit illi scutifero ꝙ ad ripā cuiusdā fluminis uenissent. ultra quod erat castrū mirabilis structure. Cūq₃ requisiuisset magistrū cuius esset illud castrū. respōdit. domini mei est. ⁊ cum ipso pernoctabimus. ⁊ para te ad faciendū homagiuȝ sibi. Cūq₃ incepissent ambo trāsire fluuium speculator castri clamauit quis essȝ q fluuiū trāsiret. Respōdit magister. Ego suȝ amicus domini regis. Tūc porte aperiuntˀ. pons cornatilis inclinatˀ. ⁊ quadraginta iuuenes cum corticiis eis occurrerunt. ⁊ etiā milites incliti Cūq₃ introducti fuissent pallatiū. ⁊ rex descendisset de aureo solio iuxta se posuit magistrū. ⁊ quesiuit cām sui aduentus. Tunc magister. Ideo ueni ut dicesˀ socium meum. ⁊ ab eo recipies homagium. Cunq₃ pro homagio fuisset requisitus ut abnegaret patrē ⁊ filiū ⁊ spiritumsanctū. iuuenis stupens ⁊ dexteraȝ manuȝ eleuās signauit se ⁊ ait. Et ego reddo me pr̄i ⁊ filio ⁊ spirituisancto. Tunc subito tota illa curia cum rege ⁊ magistro in abyssum descendit. ⁊ solo iuuene perterrito remanente. Itē ad idem. Legitˀ in libro dyalogoꝝ ꝙ cū quidā iudeus de cāpania iret Romaȝ nocte uero adueniente necessitate cogēte intrauit tēplum apollinis. in quo ptimescens signauit se signaculo crucis. Tunc circa mediam noctē uidit malignos spiritus cōgregatos coraȝ quodā p̄sidente. Et cū retulissent q̄ mala ꝯtra bonos fecerāt. un9 īter alios dixit ꝙ inter alia mala q̄ fecerat erat ꝙ quēdam episcopū sanctū amore allicitum cuiusdā monialis induxerat. intantum ꝙ eā cum palma retro percusserat. tūc exhortat9 a preside ut cōpleret īcepta pre ceteris singularē gloriā obtinuit. Tunc iudeus palpitās pre timore. ītuetur a principe. Et cum misisset ministros ut eū raperēt. cum demones uenissent ad eū clamauerūt. ue ue. uas uacuum sed signatū. tunc ōnes cū magno impetu discedentes. nec nocere ei ualentes. in crastinum rediēs episcopo ōnia nunciauit. ⁊ baptizat9 ab eo deo diu seruiuit. Secūdo crux est infirmitatum curatiua. Legitˀ in hystoria triptita ꝙ in ciuitate gampoli erat arbor persisopolis nomine plātata ut dicitur a Hieremia tante uirtutis ut portātes eius folia. comedētes ei9 fructus. aspicientes ei9 florem a diuersis īfirmitatibus curarentˀ. ⁊ hec ut ibidē dicitˀ xp̄o se inclinauit descendēti in egypto Hec

arbor est crux xp̄i de qua colligit̄ tri/
plex uita nature· gratie· ⁊ glorie· Folia
illius arboris sunt opera pietatis· Sꝫ
fructus ex una parte sunt isti· q̄ꝛ crux
est restauratio angeloꝝ· gloria redem/
ptorum· redēptio captiuoꝝ· reconcili/
atio reoꝝ. destructio peccatoꝝ· defen
sio iustoꝝ· inflāmatio aliquoꝝ· con/
solatio tribulatoꝝ· refugiū naufragā/
tium· deiectio inimicoꝝ· restitutio ꝓ/
borum· uitā germinat· iocūditatē fru/
ctificat· oleū stillat· balsamum fundit·
Fructus āt alteriꝯ partis sunt isti· sum
me dilectionis representatio. xp̄ianita
tis cōsignatio· diuine pietatis partici/
patio· inferni spoliatio· demonū rep̄s/
sio· mundi renouatio· ueritatis ꝓmul/
gatio· iusticie decor· humane nature iu
stificatio· dānatoꝝ saluatio· mortuo/
rum suscitatio· ciuitatis celestis restau/
ratio· Unde est arbor quam uidit Da
niel que habebat situs liberalitatē. q̄ꝛ
in medio terre· altitudinis sublimitatē
magnitudinis dignitatē· fortitudinis
infragilitatē· rectitudinis cōgruitatē·
pulcritudinis speciositatē· fructuum
ubertatē· umbre securitatē· liquoris io
cunditatem· Legit̄ in hystoria triper/
tita ꝙ cum quidā paganꝯ fuisset ouer
sus· hoc solū uidebat̄ sibi ab homiabi
le ꝙ crux adoraret̄ in qua dominꝯ sic
fuerat uituperatꝯ· Cum āt graui ⁊ peri
culosa infirmitate fuisset grauatꝯ· ange
lus domini apparuit ei dicēs Impos/
sibile est ꝙ tu cureris nisi crucem cū de/
uotione adores· quam uenerātur om/
nes angeli dei ⁊ adorāt· quia hec ē me
dicina cuiuscunqꝫ languoris· Q̄d cū il/
le faceret statim curatus surrexit·

Item legit̄ in hystoria tripertita ꝙ
cum xp̄ianꝯ māsisset iuxta synagogā
iudeoꝝ mutato hospitio ī eo in quo
manserat reliquit imaginē crucifixi sa/
tis cōpositā quā adorabat secreta ad/
oratione· Cūqꝫ iudei eā inuenissent. cō
uocatis multis aliis illā imaginem cla
uis nouis affixerunt· ⁊ alia passionis
domini facta innouauerunt· Cum aūt
uenissent ad lateris apertionē cum lan
cea· statim exiuit sanguis ⁊ aqua· Qui
recipientes in uase stupefacti infirmos
suos illo liquore unxerunt· qui omnes
fuerunt curati· Hec referētes ep̄o bap/
tizati sunt ab eodē· ⁊ synagogā in ec/
clesiam dedicauerūt· Requisitus uero
xp̄ianus unde talē imaginē sic cōposi
tam habuerat. respondit· Nicodemus
moriens reliquit eā gamalieli· gamali/
el zacheo· ⁊ iste iacob· Et ita per diuer
sas generationes ⁊ successiones ad eūꝫ
uenerat ⁊ per eū diu in secreto custodie
batur ⁊ cum deuotione uenerabat̄·

Item ad idē· Refert Beda ī gestis
angloꝝ ꝙ cum Edwardus rex anglie
factus fuisset xp̄ianus ⁊ multos apo
statas a fide interfecisset· dum insurre/
xissent contra eū latrones· ī medio sui
exercitꝯ crucē erexit· in cuius pede ortꝯ
est fons· cuiꝯ aqua ōnes equos ⁊ ho/
mines uulneratos sanabat ⁊ habita ple
na uictoria glorificabat xp̄m· Ter/
tio crux xp̄i est uiuificatiua· Legit̄ in
ecclesiastica hystoria ꝙ quedā lr̄aticia
erat in alexādria quam gētiles sacra/
menta uocabāt habens signum crucis·
⁊ hanc uocabāt uitā uenturā· Cuiꝯ uir
tus contra actū belloꝝ erat multū mi/
rabilis· ⁊ interdū uulnerati ad morteꝫ
curabantur per eam· Hec literaticia ē
crux xp̄i figurata in lecto helye ⁊ in le
ctulo helizei habens dimensiones su/
as· una in altū ianuam aperiēs· alia in

latum brachia extendens. alia in pro/
fundum demonē deuincēs. Legitur in
historia tripertita q cum Helena nesci
ret discernere inter cruces inuētas. du3
crux xpi fuit posita super mortuū sta
tim suscitauit eū Quarto ē crux xpi
in periculis cōfortatiua. Legit' i passi
one Gallicani martiris q cum quida3
gentilis uellet habere Constāciam uir/
ginem in uxorē. illa affectās eius con/
uersionē cōcessit post reditū belli. Cu3
ille i prelio deficeret uouit deo ut si eū
dignaret' iuuare xpianus efficeretur.
Tunc statim apparuit ei quidam iuue
nis pulcerrim9 habēs signum crucis in
humeris 7 gladiū in manu. qui ait. seq
re me. Cūq3 per medios hostes eū du/
xisset ad regē. ligatū regem ei tradidit.
Tunc cum uictoria rediēs postea bap
tizatus martir est effect9. Item ad idē
Legit' in hystoria triptita q cu3 qui/
dam portaret uexillū crucis timēs im
petus hostiū. illud tradidit socio suo
ad portandū. ex quo secutum est q di
mittens uexillū est occisus. 7 ille q ue/
xillum portauit irruentib9 telis et sa/
gittis in nullo est lesus. sed in signum
omnia in se tela 7 sagittas immissas re
cipiebat. nec fuit lesus in exercitu quic
q3. Quinto est maloꝝ reuocatiua.
Legit' in hystoria triptita q cum iu/
dei recepissent licētiam a Juliano apo
stata reedificādi templū. quātum fo/
derant in die inueniebāt in mane reple/
tum. 7 cum cōgregassent multa milia e
gipti 7 calcis subito a procella uēti to
tum est sufflatū. Cunq3 etia3 uiolenter
uellent edificare. fundamēta iacere. fun
damenta resiliētia aliquos occidebāt
alios cōburebāt. 7 tunc subito uisu3 ē
signum fulgidū in celo ad instar crucis
7 in uestibus eoꝝ cruces nigre inuisibi
lis apparuerunt. tunc timore perterri/
ti aliqui sunt cōuersi. reliqui uero fugi
erunt. Item legit' in passione Quiri
aci qui alio nomine iudas fuit uoca/
tus qui inuenit crucē domini. cum Ju/
lianus apostata eū cōpelleret ad negā/
dum nomen xpi. 7 ille nollet hoc face/
re. proiect9 est in foueā plenā serpenti
bus. Cum igit' ille signū crucis fecisset.
omnes m ortui sunt. Cum etiā secundo
in ollam bulientē plenā oleo fuisset p/
iectus. facto signo crucis i ea absq3 le/
sione mansit. Quod percipiens incāta/
tor qui serpētes inuocauerat. ad xpm
est cōuersus Sexto est mortis retar
datiua. Legit' in li. de. uii. do. spūssan
cti q fuerunt duo sc3 uir 7 uxor i san/
ctitate 7 pace uiuētes. Temptati uero
a demone uolūtatem ambo habuerūt
finiendi uitā suā per suspendiu3 Cum
igit' ex hac temptatione improba 7 co
gitatione importuna tristes efficerent'
nec somnū caperēt. nec comedere pos/
sent. qsiuit alter ab altero cām sue tri/
sticie. respōdit uir q super ōia mag/
nam uolūtatem haberet se suspendēdi
Mulier respōdit similiter. Consentien
tes igit' ambo laqueos coaptauerunt.
Tunc similiter ait uiro suo. Dñe con/
sulere3 ut pri9 bibatis de illo uino qd
fecimus de quo nondū gustauim9. ut
inebriati suaui9 moriamur. placu3 hoc
uiro. uinū defert. Quod cum uellet bi/
bere sicut cōsueuerat. illud signauit 7
bibit 7 dedit uxori. Cūq3 ābo gustas/
sent. sic tēptatio ab eis recessit ut cum
confusione ad cōfitendum statim irēt
Item ad idē. Refert Gregori9 q cū
Justinus imperator semel quada3 die
per pauimentū pallatii deambularet.

in quodaȝ lapide uidit signum crucis
impressum · ꝛ eleuans ipsum cum reue/
rentia · dixit crucē adorandaȝ esse ꝛ nō
conculcandaȝ · Cum ergo illa fuisset a/
mota sub ea inuenta est tabula crucem
habens. ꝛ illa amota inuenta ē alia cru
cem habēs · Et sub illa etiā thesauri in
finiti · Primus lapis est penitētia · se
cundus est charitas · tercius est passio
xp̄i sub qua infiniti cōsistunt thezauri

Septimo est clementoꝝ dominati/
ua · Legit' in hystoria anthiocena ꝙ q
dam peregrini pertimescētes mare refu
giebant trāsitum · ꝛ iō Constantin9 de
duobus clauis xp̄i fecit fieri frenum ut
esset imobilis · De tercio fecit fieri cru/
cem quam proiecit in mare adriatico ·
quod erat uorago nauigantiū · ꝛ extūc
tempestates fuerunt fugate · Itē ad
idem · Legit' in uitaspatrū ꝙ cum ma/
re itumesceret ꝛ uideret' cooperire totā
superficiem terre · beat9 hylarion tres
cruces opposuit · ac mari in uirtute cru
cis precepit ut ultra nō ꝓcederet · Tūc
mare se recolligēs ꝛ ad moduȝ muri se
erigens reuersum est ad suū locum · nec
ultra rediit. Vn̄ cum uirga ad cui9 ta/
ctum mare diuidit' · pharaon submer/
gitur · ꝛ israhel liberat'. Octauo ē cō
fortatiua · Legit' i li · dyalogoꝝ ꝙ cū
Sabinus lumen oculoꝝ pre senio ami
sisset · quidā archidyaconus eius ābi/
ens episcopatū per pueruȝ fecit ei dari
poculū uenenatū · Tūc sanct9 hoc cog/
noscens dixit puero · bibe tu primo de
hoc quod ministras · Tunc puer uere/
cundia coact9 bibere uoluit poculum
uenenatum · Quod attendēs sanct9 di/
xit ei · Noli hoc facere fili · ego ueneniȝ
bibā Sed domin9 tuus episcop9 non
erit · ꝛ facto signo crucis cum illud bi/
bisset nihil ei nocuit · sed archidyacō/
nus mortuus est statim ac si per os e/
piscopi uenenū bibisset · Itē legit' in ui/
ta beati Ignacii ꝙ cuȝ diuersis tormē
tis cruciat9 continue fortior inueniret'
tanq̄ granū sinapis · quesiuit ab eo ty
rannus quare in eo ꝛ in aliis xp̄ianis
erat tam mirabilis fortitudo · respon/
dit Ignatius · Si sanguis agni aiat et
fortificat elephantes · maxime sanguis
xp̄i ꝛ figura crucifixi · iō tantā fortitu/
dinem habem9 · Quod cum tyrannus
experiri uellet eo interfecto fecit extra/
hi cor · ꝛ illud scindens in quacūq̄ par
ticula facta de corde eius uidebat' de/
picta imago ut in speculo figura cruci
fixi · Nono ē deo recōciliatiua · Le/
gitur ꝙ cum quidā gentilis fuissȝ bap
tizatus ꝛ post baptismū fuisset dāna/
tus · compunctus in mente a quodam
sancto uiro requisiuit per quē moduȝ
posset deo recōciliari · Tunc sanct9 Re
spice ad signū crucis · quod est signum
reconciliationis · ꝛ iō ponit' inter lay/
cos ꝛ clericos ī medio ecclesie quasi ar
cha federis inter deū homines ꝛ ange/
los · Est signuȝ cōmunicationis ꝛ ideo
ponitur in cāpanili temploꝝ · in capi/
te lecti morientiū · ꝛ eis mortuis reser/
uatur · Est signū liberationis · ꝛ ideo ē
signum in fronte ꝛ in postib9 hostio/
rum · Decimo est hominū signatiua
Vn̄ dicit' in li · de · uii · do · spūi · ꝙ cuȝ
quidam predicaret de cruce · inter alia
hoc dicebat · Crux xp̄i est sicut pons
quem fecit nobis · in quo fecit nobis
tres arcus · Primus est summa penali
tas · secund9 summa paupertas · tercius
summa liberalitas · Primū fecit cōtra/
rium cōcupiscentie · Secundū contrari/
um superbie · Terciū cōtrariuȝ auaricie

Secundo crux est tanq̃ nauis mercatoris portãs xp̃m bñdictum· dans immortalitatẽ ⁊ recipiẽs mortalitatẽ· dans diuitias ⁊ recipiẽs paupertatez· dans honorẽ ⁊ accipiens cõtumelias· dans quietẽ ⁊ recipiens laborez· dans gloriã ⁊ accipiẽs ignominiã· Tercium quod dixit est· ꝙ uestigium crucis ẽ ipsiuz ĩ hoĩe ⁊ ꝑcipue in capite ĩ quo est uita ⁊ omnis sensus Nam a pilis usq̃ ad summitatem nasi est altitudo ⁊ profundũ crucis. supercilia oculorũ sunt brachia crucis· Item a naso usq̃ ad mentũ est altitudo ⁊ profundũ crucis· ut uita hominũ sit in cruce ⁊ uiuat in cruce qui uult crucifixũ placatuz uidere. Quarto est sicut scala celi quã uidit Jacob· Quinto est sicut porta celi. Vñ in figurã hui9 post mortem summi pontificis redibãt exules ad suas hereditates· Est sicut clauis regia. est sicut panillus in medio ciuitatis in quo reperiuntur amissa· Est sicut sigillũ summi regis· Est tanq̃ moneta perfecta. Cum ãt hec ⁊ silia predictus frater prosecut9 fuisset. subito crux fulgida ⁊ lucida in medio omnium apparuit· de cui9 circũferentia uox audita fuisse narrat᷑. Lignũ uite ẽ his qui apprehendunt eã ⁊· q·t·e· beatus·

De crucesignatis.

Crucesignatis diuersa priuilegia conceduntur a deo· Primuz est demonũ liberatio. Legitur in li·de·vii·do·spiri·ꝙ in dyocesi carnacensi tempore beati Ludouici quidam miles ibat per siluã cum trib9 scutiferis in qua audiuit horribiles planctus demonũ dicentium· Ve ue nobis quia omnia nostra amittim9 ⁊ iam ꝓ magna parte amisim9 propter crucis signationẽ ⁊ susceptionẽ· naz tales barones ⁊ tales· ⁊ nomiabãt eos suis nominibus quos diu possederam9 amisimus. Quod audiens miles territus corruit. sed cõfortatus a scutiferis cũ fecisset crucem de foliis ⁊ eã assumpsisset cum uoto· demones magis horribilius clamauerunt dicẽtes· O tu maledicte cur nos fugas de hac silua· Nõne sufficit tibi ꝙ essemus eiecti de castris principũ ⁊ baronũ· ⁊ his dictis recesserunt de loco· Item ad idẽ· Legitur in li·de uita ⁊ perfect· fra· predicatorũ ꝙ cum quidã frater predicatoꝝ exercens officiũ predicationis crucis· clericum diuitẽ ⁊ deliciosum in uoluptatibus ⁊ horib9 crucesignauit· qui nolẽs confiteri cõsuluit ut differret usq̃ ĩ crastinum· quia esset ĩ ecclesia ubi erat habitatio sua. Qui acquiescens dum illa nocte lectũ intraret· dyabol9 ei apparuit dicẽs· Quid est hoc quod fecisti· ego omnib9 diebus uite tue tibi seruiui prouidẽs tibi in diuitiis ⁊ honoribus mundanis· ⁊ tu me spernes nũc ⁊ uis me totaliter dimittere sꝫ certe nõ sic effugies manus meas. Tũc clericus timens de bursa subito signũ crucis extraxit· ⁊ super uentrẽ suũ ponens ait· Certe in me ptãtem habere nõ poteris quia ecce scutũ ⁊ arma defensionis mee contra te extẽdo· s· sanctissimum signũ crucis· quo uiso dyabol9 statim disparuit· ⁊ ipse liberat9 quieuit. Itez ad idem· Miles quidã magni ualoris crucem in remissionẽ peccatoꝝ suoruz recipiens iter arripuit· ⁊ dum in uia infirmaret᷑ grauiter dyabol9 ei apparuit ⁊ multis rationib9 probauit ꝙ deberet esse de9· sed miles ecõtrario allegabat peccatoꝝ suoꝝ factã ꝯfessionẽ

crucis assumptionem · ⁊ firmū propositum perficiēdi uotū ⁊ non incboauerat uiā · Tandem cum ex istis non poterat a presentia demonis liberari accepit supertunicale suū in quo erat signum crucis consutū · ⁊ ait · Ecce signū crucis quod accepi ad defensionē meā contra te · Quo uiso demon recessit

Item frater predicatorū in quadā uilla predicās de cruce nihil pficiebat eo q̄ ciues iuramēto firmauerāt q̄ nullus signaret cruce. Tunc frater in principio unius sermonis ait sic · Omnes facite signum crucis in frontibus ⁊ i pectore · ut dyabolus ⁊ eius insidie pcul sint a uobis Qd cū illi fecissent ait Modo certe sunt periuri qui iurauerant se nō signari · qui modo fuistis ōnes signo crucis signati. Tunc multi compuncti ⁊ edificati signū crucis receperūt Secundum priuilegiū est mortis uitatio. Legit in hystoria trāsmarina q̄ quidam eps cum multis peregrinis cruce signatis mare trāsiens · cuius nauis est subito scissa · tunc eps scalā ascendens cum paucis peruenit ad ripā · ⁊ q² unus seruus suus saliens in undis marinis fuerat inuolutus · dum eps uenisset ad litus seruū ibi repperit sanū protectū a cruce ⁊ a uirgine bndicta · Item ad idem · Legit q̄ peccator quidam enormis desperatus · temptauit freqnter i aquis se submergere · uel laqueo se suspēdere · Qui attendens ad predicationē ⁊ tantā gratiā ⁊ indulgentiā audiens · ⁊ tantā uirtutē crucis cōtra hostē cum proposito decetero abstinendi crucis signum assumpsit · Quo facto statī amore uite sibi occurrit · ⁊ mors cū temptatione demonis est edita per eū ·

Tertiū priuilegiū est damnationis exclusio · Legit in li · de miraculis beate uirginis q̄ cum nauis crucesignatorum prope terrā fuiss submersa · quot crucesignati ibi erāt tot colūbe candidissime uise sunt uolare ad celum ·

Item dum frater quidā predicaret de cruce · quidā miles fuit compūctus ⁊ motus ad susceptionē crucis · Cū ām hoc rēnueret propter filiorū amorē in nocte illa uisum ē sibi q̄ erat super pōtem altissimū · ⁊ subtus erat chaos maximum ⁊ profundū · Et cum uellet cadere · ⁊ terrore inenarrabili esset perterritus · beata uirgo ei affuit afferens in manu sua signū sancte crucis · Cui dixit · Vis liberari ab hoc periculo et timore · Respondit miles · utiq̄ domina Liberaberis in hoc signo fili mei ⁊ uade ad fratrē Iordanē ex parte mea ut te muniat signo crucis · quia cito es recessurus · Cum ām miles cum filiis fuissent cruce signati · ⁊ uisionem narrass ē finitos ad similē actū promouit ·

Quartū priuilegiū est eterne glorie promotio · Legit in li · de · vii · do · spi · q̄ dum quidā in platea crucem predicaret gentibus · uisa est beata uirgo ī medio eorū cōsistere ⁊ suū filium cruce signatis in precium ⁊ in premiū dare

Itē legit in li · de · vii · do · spiri · Quidā miles gallicus crucesignatus dum omnia loca sancta ⁊ xpi uestigia uisitass · dū uenisset ad montē oliueti ait · Domine Ihesu xpe qui pro humano genere fudisti tuū sanguinē preciosissimū i hac terra sancta · quantū ualui uestigia tua sum secutus · modo uero quia ad te uolare nequeo ut auis quia alas nō habeo · rogo te ut in pace suscipias spiritum meū · ⁊ statim in gloriā est assumptus · Item quidā miles probissimus

dum inuasisset saracenoꝝ aciem · sic al
locutus est equū suū. O bone maurel/
le per multas dietas uelociter porta/
sti me ad torneamenta. ad bastiludia·
ad guerras contra deū ⁊ etiā adūersꝰ
infernū. modo emenda mihi· ut in hac
die portes me ad paradisum· ⁊ hoc in
uirtute crucis qui equitauit super lig/
num· Tunc equus ita uirtuosum impe
tum fecit super inimicos xpi · ut quot
tangebat tot interficeret· finaliter equꝰ
interficit̄ cum domino suo· ⁊ in morte
eius uisa est columba lucida. in cuiꝰca
pite aīa illiꝰ militis portabat̄ ad eter
nam gloriā cum magna comitiua san/
ctorum· Item legatꝰ quidā cū ma
gna comitiua magnoꝝ clericoꝝ predi
cabat crucē· ⁊ cum nō posset per se nec
per socios nec per religiosos fratres
facere· petiit si esset aliquis qui posset
uel sciret proponere uerbū dei· Et cum
presentaret̄ quidā sacerdos simplicis/
sime lrature qui parrochianis suis p̄/
dicabat de legendis sanctoꝝ ⁊ reputa
bat eum populꝰ predicatorē egregiū
rogatꝰ a legato ⁊ coactus per uirtutē
sancte obedientie surrexit uiolenter ⁊ si
ne auctoritate aliq̄ sacre scripture po /
pulum alloquit̄ in hunc modū· Est ne
aliquis hic de uilla mea. surrexerūt mul
ti dicentes· Ita dn̄e nos sumꝰ de loco
uestro. Tunc sacerdos proposuit eis
talē questionē· quero a uobis quis est
maioris laboris· uel uentilare bladū
uel flagellare. Responderūt. dn̄e flagel
lare· nam unꝰ hō uentilat una die quā
tum decē flagellarēt· Tunc sacerdos·
Verum est· nam isti clerici scientes sa/
cram scripturā ⁊ habētes maximā for
titudinem flagellauerunt uos per totā
diem sacris scripturis ⁊ uerbo dei· Et
quia sciunt me eē debilem in sciētia· ele
gerunt me ad uentilandū q2 nescio fla
gellare sicut ipsi. Et quia uentilare ni/
hil aliud est nisi mittere granū ad unā
partem ⁊ paleā ad aliā· Idcirco adiu
ro uos per passionē crucifixi ⁊ per ef/
fusionem sanguinis eius quem effudit
in cruce propter peccata soluēda ut ō
nes q̄ uoluerit tāq̄ triticū electū repo
ni in paradiso· in horreo dei ueniāt ce
leriter ⁊ accipiāt crucis signū Palee ue
ro uadāt ⁊ succendant̄ in ignē eternū·

Quintum priuilegiū est infirmitatū
curatio· Legit̄ in libro de uita ⁊ perfe
ctione fra· predicatoꝝ q̄ frater iorda
nis semel deuotissime predicabat cru/
cem sanctā· ⁊ cum nihil proficeret licet
diu predicasset· surrexit mulier habēs
manum aridā ⁊ omnino inutilē Et ac
cedens cum magna deuotione crucem
assumpsit· post eius assumptionē sta/
tim eiꝰ manus arida est perfecte cura/
ta· Item miles quidā brito cum ui
disset multos crucesignatos ⁊ eos irri
dendo esset multū infestus· cum ī quo
dam festo a derisione non cessaret· lo/
quelam amisit· Qui uidens diuinā ulti
onem cum digitis signū fecit ⁊ humili
ter supplicauit. ut signū crucis sibi da
retur· Qui cum magna deuotione fuis
set crucesignatꝰ uocem miraculose rece
pit Sextum priuilegiū est penarū
purgatorii diminutio· Legit̄ in histo
ria trāsmarina q̄ cum quedā nauis ex
tempestate suborta periisset · lapides
preciosi ⁊ fulgidi uisi sunt eleuari a ma
ri· ⁊ cum a flāma existente in aere retar
darēt̄· illi lapides ex suo fulgore ignē
penitus extinxerunt · ⁊ in celi palatio
uisibiliter sunt recepti. Item dum q̄
dam frater predicaret crucē in quadā

ciuitate·inter alia dixit in suo sermo/
ne q̄ qlib; poterat reddere participes
sue indulgentie suos parentes ꝛ etiā si/
bi associare patrē ꝛ matrē in sua pere
grinatione·Quod audiens quidam fi
lius qui anime patris sui multū affici
ebatur eo q̄ esset nuper mortuus·acce/
pit signaculū sancte crucis ea intentio/
ne ut anima patris a penis purgatorii
liberaret̄·q cū eēt d̄ sero ī lecto uox ad
eum uenit dicens·Dormis ne fili·Tūc
iuuenis.Quis es tu·Ego iquit su; pa
ter tuus·ꝛ benedicta sit hora qua te ge
nui in hoc mundo·quia per signū qd̄
hodie recepisti liberatꝰ su; a pena pur
gatorii magna· Septimum priuile/
gium est peccatoꝝ relaxatio·Legit̄ in
li·de uita ꝛ perfectiōe fratrū predica/
torum·q̄ cum quidā frater predicaret
de cruce·inter alia proposuit talē pa/
rabolā·Mulier quedā fuit que a uiro
suo concepit filium pulcerrimū·Et cū
sciret se eē pregnantē aborsum procu/
rauit·extinxit fetū·nunquid ergo talis
deberet suscipere mortē·utiq; dilectissi
mi·Uxor est cōscientia·fetꝰ est propo
situm suscipiēdi crucē·Et ergo illi qui
extinguunt hunc propositū sunt digni
damnatione eterna.Cuius uerba audi
ens quidā qui cōceptū susceptiōis cru
cis exterminauerat·perterritus ad do/
mum suā uenit·ꝛ non ualens dormire
causam uxori interroganti explicauit·
Cum āt cōsolatꝰ ab uxore ꝛ indutꝰ ad
susceptionem crucis dormiret·uidit in
somnis se esse in immūdissimis fetidis
ꝛ turpibꝰ uestibus que sibi nimiū dis/
plicebāt·ꝛ audiuit uocem.His talibus
exui ꝛ mūdissimis indui·Respōdit·uo
lo·Uade inquit uox ad fratrē Johan
nem qui exuet te his indumentis·ꝛ per
signum sancte crucis induet te mūdissi
mis·Qui surgēs accessit ad eum·Et fa
cta plena cōfessione fuit ab eo cruce si/
gnatus· Item scolaris quidā in mō
tepessulano in quadā predicatiōe cru
cem assumpsit·ꝛ dum uenisset ad soci/
os suos inuenit eos comedere electua/
ria ꝛ species.ꝛ cum inuitassent eū dixit
Charissimi ego offero uobis optimu;
electuariū·uidelicet meritu; passionis
xpi qui est salus nostra·ꝛ datur in su
sceptione crucis·Et si quis uoluerit ac
cipere ex eo poterit·Tunc unus socio/
rum respōdit·nolo ego quia nimis lō/
ge duceret me·Tunc iste·Longius du/
cent te peccata tua·unde in crastinum
mortuus est inuentꝰ. Item dū semel
in quadā platea crux predicaret̄ quida;
sanctus religiosus uidit beatā uirginē
stantem iuxta predicatorē cum suo fi/
lio·qui singulis accedentibꝰ ad signa/
tionem crucis cum linteo pulcerrimo
deaurato abstergebat ōnes maculas ꝛ
immundicias ipsoꝝ·Unde dicebat filiꝰ
cuilibet·Remittunt̄ tibi peccata tua.
Ero protector tuus ꝛ merces tua·

Item cum miles quidā strēnuissimꝰ
in quodā cōflictu uidisset crucesigna/
tos perterritos·ait·Uere nollē eē mo/
do in paradiso·aliis admirantibꝰ su/
um dictū explicauit dicēs·Si mō eēm
in paradiso essem ibi sicut ɔfessor·nūc
uero per uirtute; crucis ingrediar sicut
martir· Octauū priuilegiū est remu/
nerationis augmētatio·Legit̄ ī hysto
ria anthiocena·q̄ miles quidā habēs
pulcerrimos filios signum crucis acce/
pit·Et cum esset in domo sua pluries ꝛ
secreto pueros ad se uocabat ꝛ eos de
osculans ꝛ creberrime āplectens inter
brachia detinebat. Cum āt quereretur

ab eo quare hoc faceret· cum tamē eos in breui relinqueret· Respōdit. Ideo facio ut ostendā domino Ihesu christo ꝙ istos ad quos taliter afficior ꝓ eo derelinquo ut mihi retribuat ī futuro·

Item ad idem· Mulier paupercula unigenito filio suo mane ad opꝰ egredienti sic bn̄dicebat semper per uias q̄bus deus incessit incedas fili dilecte· Mortua matre factus adultus īcepit inquirere per quas uias xp̄s ambulasset· Et cum didicisset ꝙ in bethleem et circa· statim assumpta cruce ad terraꝫ sanctā accessit· ⁊ perābulans omnibus locis in quibꝰ xp̄s fuerat· mortuus ē in loco sui ascēsus. Itē· nobilis quidam de alemania crucesignatꝰ cum impediretᷣ ab amicis a uia· ⁊ nullo modo acquieuisset. cum uenisset massaliā infirmatꝰ decessit· ⁊ traditꝰ sepulture a sociis· post multū tempus uenerūt parentes ut corpꝰ ad propria deportarent· fodientes inuenerūt coloratum et rubeum clamide indutū habenteꝫ burdonem ⁊ perā ad humerū ⁊ alia signa peregrinationis licet nulla posuissent ibi·

Deceptio.

Deceptio siue dolus multa mala inducit in nobis· Prio est uicinoꝝ lesiua Refert palphōsus ꝙ quidā iuuenis habebat domuꝫ iuxta diuiteꝫ nec uolebat ei uendere ꝓ uoluntate sua· Et iō hoc attendēs diues dolose decē uasa posuit in hospitio iuuenis. quoꝝ quinq̄ erāt plena oleo· ⁊ alia quinq̄ semiplena· ⁊ semiplena aqua impleuit· Tandē pauperē accusauit de furto olei· Tunc pauper ducens secū quēdam philosophū· ī respōdit pro eo in hunc modū· Mensurentur feces olei sicut oleū mensuratᷣ· Qđ cum factum fuisset inuenta est legalis mensura· ⁊ iō exiuit prouerbiū cōmune· Qui habet malū uicinū non habꝫ quietem neq̄ pacem· Secūdo deceptio est amantiū ⁊ utentium deceptia· Refert Petrꝰ alphōsi ꝙ tres homies per desertū incedebāt nō habētes nisi modicum farine de qua facerēt panē· quē cum coxissent duo uolētes decipere tercium qui simplicior uidebatur· inter se concordati dixerunt· Ponamus nos omnes tres ad dormiendū· ⁊ qui sommium maius fecerit· illius sit panis Cū ꝙ dormirent simplex finxit se dormire ⁊ stertebat. alii duo dixerūt adinuicem· Tu dices ꝙ somniasti de paradiso. ⁊ ego dicā ꝙ somniaui de inferno· Et cum nihil maius possit excogitari habebimꝰ panem· Tunc cum totaliter dormissent· surrexit simplex ⁊ comedit panem· ⁊ cum fuissent euigilati ⁊ narrassent sua ficta somnia· dixit simplex Ego somniabā ꝙ tu eras in paradiso ⁊ ꝙ tu eras in inferno· et quia illi qui sunt in istis locis nunq̄ redeūt· surrexi ⁊ comedi panē· Iteꝫ ad idē. Fingitur fabula ꝙ mus uoluit trāsire fluuium ⁊ ideo petiuit subsidiuꝫ a rana· ꝙ cum illa dolose consentiret parauit sic lignū ꝙ mus fuit ligatus in ligno ⁊ etiam pes rane in eodē ligno fuit ligatus· Cūq̄ precederet rana· ⁊ traheret lignum super quod erat mus· ⁊ tēnt in medio fluminis· rana ad profundum descendere uoluit ⁊ submergere murem Sed mus econtra hoc prohibebat Cū autem sic litigarent ex opposito uenit miluus· ⁊ assumens murē extraxit cuꝫ eo ranā alligatā ⁊ comedit· Et iō dicitur prouerbiū. ꝙ unde uenit dolus inde regredietᷣ damnū· Mus ē deceptor

officialis uel pricipalis· sed rana sunt nuncii ꝛ seruitores eoꝝ quoꝝ procu/rationibus deceptiones fiūt· ꝛ isti dū uident suū locum non parcūt eis quin depredant᷑ eoꝝ bona ꝛ decipiant quā tum possunt· Sed miluus inferni utrū ꝗ deuorat. Itē fingit᷑ fabula ꝙ aīalia ꝛ aues bellū fortissimū adinuicē habuerunt· cum animalia separarēt aues hoc attendēs uespertilio qui indifferē tem se faciebat· cum aīalibus pacē firmauit· Tūc subito uenit aquila ꝛ sustinens partem auiū uictoriā de animalibus habuerunt· quod attēdens uespertilio recessit ab animalib9· ꝛ adhesit auibus· Tandē firmata pace inter aues ꝛ animalia· audita deceptione uespertilionis data est sentētia ut plumis auium priuaret᷑· lucē fugeret· ꝛ inimicicias cum auib9 haberet· Sic accidit deceptoribus qui dolose partē nolūt fouere

Tercio deceptio est mortis adiudicatiua· Refert Pe· alphōsus ꝙ cū quidam magnā pecuniā cuidā tradidissꝫ facta uia in regressu eā negauit. Tunc accessit ad unū sociū ꝛ dixit sibi· Obsecro ut impleas decē ollas arena ꝛ coopertas tradas tali diuiti pro deposito· Tūc ego superueniēs ꝛ ipse timēs ne perdens pecuniā tuam que apparet maior restituet mihi meā· Cum autem omnia essent facta· ꝛ iste cum ollis loqueret᷑ diuiti· diues eū aspiciēs statim dixit. Amice nimis dimisisti pecuniaꝫ tuam apud me· ꝛ accepta in cophinis recessit· Tandē accusat9 de ista et aliis deceptionib9 uiliter est suspēsus·

De decimis·

Decime debent solui a nobis multiplici rōne· Primo propter fructuū multiplicationē

Refert Cesari9 ꝙ fuit quidā miles ī ꝓuīcia qui baiulū suū cōpellebat ad reddicionem decimarū sic dicēs· Nunꝗ in terris meis erit tēpestas si bn̄ soluis decimas· ꝛ iō si in possessionib9 meis cadit tēpestas signuꝫ est ꝙ male soluisti ꝺ mercede tua restituas· Cuꝫ ergo opteme baiulus cōpleret preceptū domini aliis possessionibus uicinoꝝ lesis sua nunꝗ ledebat᷑ Itē ad idē Refert Cesarius ꝙ quidā miles fuit qui mirabilem deuotionē habebat ad solutioneꝫ decimarū· Cūqꝫ uindemiasset suas uineas ꝛ quadrigā oneratā plus dedissꝫ de decima ꝗ̄ debuisset· dum quadam die cum sociis ad spaciandum iuisset ad uineas· inuenerunt eas plenas racemis· acsi null9 fuisset amotus·

Delicie·

Delicie mūdi ꝛ carnis multa mala inducunt in nobis Primuꝫ est penaꝝ aggrauatio· Legit᷑ in li· de· vii· do· spūssancti ꝙ quidā iuuenis delicat9 ꝛ in deliciis uiuēs ingressus est ordinē predicatoꝝ· Cum auteꝫ parētes eius ꝛ amici instarēt ut exiret ordinem eo ꝙ finaliter non posset pati labores· Tūc iuuenis respōdit· Propter hoc intraui quia sciebā me eē delicatum ꝛ nihil asperitatis posse sustinere· Et quia cogitaui ꝙ in inferno erat acerbissima pena cum sit ibi frig9 īsuperabile. ignis inextinguibilis· uermes immortalis· fetor ītolerabilis· tenebre palpabiles. flagella cedentiū· horrida uisio demonū· confusio peccatorū· desperatio omnīū bonoꝝ· Et ideo elegi magis hanc penā ordinis sustinere ꝗ̄ illā. que tanta est ꝙ exprimi non pōt·

Item dum quidā predicator cōtra delicias predicasset· ꝛ quidā ioculator

cuiusdam principis fuisset in sermone in placea in presentia militū ⁊ baronuꝫ proposuit talē parabolā Ego sicut ui detis dedit⁹ sum uanitatibus ⁊ delici is mundi·nihilomin⁹ de nocte iacens in lecto delicato cogitaui i corde meo hanc cōsiderationē·Si aliqui uenirent ⁊ ligarent te in isto lecto ⁊ in eo ligat⁹ maneres per·xx·annos· nonne omneꝫ uanitatē ⁊ delicias mūdi dimitteres ut posses liberari?certe sic· Quid ergo fa/ cies de supplicio eterno inferni si te cō tingat illuc demergi·ubi erit flet⁹ ⁊ stri dor dentiū·cōmanducatio linguarum planct⁹ ex desiderio mortis· blasphe/ mia creatoris·⁊ tanta uehementia do/ loris ꝙ impet⁹ cogitationū alibi ferri non poterit. Item ad idē· Quidaꝫ uir pinguis deridebat quēdam iuuenē macilentū ⁊ dixit sibi·uidet̄ ꝙ ueneris de inferno·Respōdit iuuenis·Domine si ego habeo faciē redeūtis de inferno uos qui estis pinguis habetis faciē eū tis illuc·Vñ delicatio ⁊ pinguedo car nis ignem inferni accēdunt·⁊ corruitis tanꝗ ceci in precipitiū eternū· Iteꝫ ad idē. Quidam peccator accedēs ad quēdam sanctū uirū rogauit eū ut da ret sibi penitentiā sed breueꝫ· Tuc san/ ctus dixit famulo suo·Vade ⁊ duc eū ad uallē uicinā·⁊ dic primo quem iue/ nies ut faciat sibi fieri breuē penitenti/ am·sed tu redibis statim·Cum autem fuisset accept⁹ per illū qui custodiebat uallē incepit clamare lamētabiliter·sta tim reduct⁹ est ad uirū dei·Cum auteꝫ uir dei licētiaret euꝫ ut recederet. dixit peccator·Absit hoc a me·Nam custos uallis duxit me ad horribilē locū pe/ naruꝫ·⁊ solū ex uisu pre timore corrui quasi mortuus·hoc tñ subaudi ꝙ illa

penarū genera ubi aliqui plūbo lique facto subflāmabant̄·aliqui igneis ca/ thenis ligabant̄. dabant̄ propter deli cias in hoc mūdo dilectas·⁊ iō illas uolo cōtemnere ⁊ facere penitentiā te/ cum· Secundū malum est corporis punitio·Refert Petr⁹ damian⁹ ꝙ cuꝫ quidā dux uxorē haberet sic delicatā ꝙ in rore celi balneabat se·cum fuscinu lis aureis ministrabant sibi cibaria et ⁊ i lecto delicatissimo quiescebat·Tūc diuino iudicio percussa undiqꝫ tantus fetor ex suo corpore exalauit ꝙ nullus posset ferre ei⁹ fetorē· uermes scaturie bant ex toto corpore· ⁊ uix unā ancil lam habebat·⁊ sic punita in sua mise/ ria est defuncta. Item legit̄ in libro de. vii·do· spūssancti ꝙ quidā episco pus uoluit cōsecrare quādam ecclesiaꝫ ⁊ in ea erat sepult⁹ quidā comes q de/ licatissime uixerat apertū ē sepulcrū ut expelleretur extra·⁊ in corpe repti sunt duo bufones maximi sup faciē eius eā corrodētes·⁊ alii infiniti uermes ⁊ ser pentes horribiles·s·aspectus os ⁊ to/ tum cadauer auidissime deuorantes· Tunc fili⁹ comitis hoc audiēs accessit ⁊ uisa facie paterna uermiū diuersitate horribilitate plena dixit Heu isti sunt amici nostri quos nutriūt delicie·hos tegimus raubis deauratis·Hos qesce re facim⁹ in mollib⁹ lectis ⁊ thalamis pictis·⁊ augmentam⁹ diuersitate fer/ culorum. melius est ergo ut extinguan tur in uita per penitentiā. discooperā tur per paupertatē·molestem⁹ per ieiu nium·ut interfecti a nobis non occur/ rant in mortem·Et tunc dimisso comi tatu in habitu uilissimo ⁊ dissimula/ to romā uenit ⁊ fact⁹ carboneri⁹. Qui cum statuꝫ suū cuidā cardinali reuelasset

set·tandem mortuus receptis sacramē
tis ecclesiasticis in eius morte oēs cam
pane de Roma sine tangente fuerūt au
dite· Terciū malū est dei indignatio
Legit͛ in li·de·vii·do· spūssancti ꝙ q
dam rex fuit qui habuit uiridariū· ꝛ il
lud tradidit cuidā ceco ꝛ cuidam con/
tracto ad custodiendū· quia uero con
tractus nō poterat accedere ad fruct9
arborum·rogabat cecū ut eū elevaret
de terra ꝛ comederet sibi fructus perce
ptos·qui cum acquiescens eum elevas/
set arbores destruxerūt· Tandē uenit
rex ad uiridariū suū cum uidiss3 arbo
res destructas·interrogauit contractū
qui hoc fecerat·respōdit· Dn̄e cecus fe
cit·quia ego non possum me mouere.
ecōtra cec9 dicebat· immo contractus
quia ego non possum uidere·Tunc rex
percipiens ꝙ ambo fuerant operati·
ambos interfecit· ·Iste rex est de/
us·uiridarium est perfectio uirtutum·
bonoꝝ spiritualiū ꝛ donarium dei in
quo sunt tot arbores quot perfectio /
nes creature. ad seruitiū hominū desti
nate· Sed custodes sunt anima que est
cecus. ꝛ cor quod est cōtract9. aīa por
tat corp9· sed corp9 destruit ordinem
deliciarū. ꝛ iō uterq̧ habēt damnatio/
nem eternā· Itē legit͛ in li·de vii·do
nis spūssancti· ꝙ fuerunt duo fratres·
unus prudēs ꝛ alter fatu9· qui ad lon
ginquam regionē accedētes dum ī uia
a pastorib9 sunt edocti ꝙ duas uias
habebant·unā asperā sed securā·aliam
planā sed latronib9 plenā. Tunc cū sa
piens elegisset asperā ꝛ stult9 planā ꝛ
deliciosam. uict9 sapiēs precib9 stulti
cum eo per uiā planā incessit· in q̄ dū
fuissent capti a latronibus uulnerati ꝛ
spoliati ꝛ ducerent͛ ad mortē·dixit sa
piens stulto· Maledictus sis q2 duxi
sti me ad hanc uiā Tunc respondit fa
tuus· Maledictus sis tu quia secut9 es
me cum scires me esse fatuū· ꝛ sic percus
si a latronib9 ambo perierūt Isti duo
fratres sunt corp9 ꝛ aīa· unde anima ē
tanq̄ sapiēs frater·Corp9 uero ē tan/
q̄ stultus· ꝛ ambo accedūt ad patriā
uel peregrinationē eternā· Et quia oc/
currūt eis uie due sc3 penitētie pauper/
tatis ꝛ amoris dei que est uia aspera·
ꝛ deliciarū·diuitiarū ꝛ honoꝝ que est
lata ꝛ plana ꝛ in qua morant͛ latrones
infernales·Pastores.i· prelati ꝛ predi
catores consulunt ut incedam9 per pri
mam ꝛ cōsideremus secundā· tunc aīa q̄
est frater sapiēs elegit penitētiā· Cor/
pus uero quod est frater fatu9 diligit
pulcritudinē ornamētoꝝ ꝛ uanitatem
leticiarū·irregularitatē lasciuiarū· ele/
git uiā planā deliciaꝝ· ꝛ tandē suis af
fectionibus suis motib9 sic trahit ani
mam ut ducat eā secū· ꝛ cum sunt spo/
liati omnib9 uirtutibus omnibus me
ritis sanctoꝝ· omnib9 suffragiis eccle
sie· ꝛ sunt uulnerati per infinita pecca/
ta/ dum trahunt͛ ad diuinū iudiciū a
nima maledicit corpori· ꝛ corp9 aīe. ꝛ
sic ambo adiudicant͛ dānationi eter/
ne· Item ad idē·Cleric9 quidā uici/
is carnalib9 deditus penitentiā face/
re cōtemnebat·Cui apparēs xp̄s ī no/
cte in ea forma qua crucifix9 fuit ostē
dit ei sua uulnera cruētata dicēs O ma
ledicte cur non attēdis quot uulnerati
ones quam coronationē ꝛ lanceatio /
nem sustinui pro peccatis tuis· Cur p̄
ponis ornamēta tui capitis coronati
oni mee. Cur preponis indumenta tua
nuditati mee· cur audis uanitatem cā/
tuum·non attendis ad planct9 lacri/

mabiles meos. Cur non cōsideras so/
tulares tuos ꝛ clauos pedū meorum.
Cur etiā augmentas luctū in facie mea ꝛ
abstergere contemnis. necesse est ut qui
amplectit' delicias. ꝛ meis doloribus
eas preponit ut a gaudiis humani ge
neri acquisitis per meos dolores sepa
retur ꝛ ducat' ad dolorē eternum.

Quartū malum est laborū accumu/
latio. Refert Jacobꝰ de uitriaco ꝙ pu
lex ꝛ febris semel in uno loco cōuene/
runt simul. ꝛ cum solaciarēt pulex di/
xit Ego hospitata sum in lecto cuius
dam abbatisse in quo erāt duo lithe/
amina albissima ꝛ culcitra mollis. Cū
ꝙ cepissem carnes illiꝰ pingues come/
dere. clamauit. cādela accendit'. ego fui
insecuta. ꝛ ita de tota nocte quiescere
non potui. Tunc febris. Ego pessimū
hospiciū inueni. nam cuidam mulieri
pauperi me cōiunxi que de media no/
cte surgens fecit lixiuiū. ꝛ pānos ad la
uandū assumpsit. In aurora ad aquā
frigidissimā accessit. percussit pannos
cibum non sumpsit. ꝛ sic ego fatigata
de tanto labore recessi. Tunc pulex de
dit cōsiliū dicēs Vade tu ad abbatis
sam. ꝛ ego ibo ad pauperē mulierem.
quod cum fecissent ꝛ in crastinū conue
nissent quilibet mirabili modo cōmen
dauit dominā suā. Vñ ita uidemꝰ ma
nifeste ꝙ qui plures delicias habēt mi
nus uiuunt ꝛ frequentiꝰ infirmātur

Quintum malum est extrema dāna
tio. Refert Gallus ꝙ fuit quedā male/
fica utens mirabilibus deliciis. q̄ cum
quadam die agnosceret sibi imminere
mortem. uocatis filiis suis ait illis Ro
go uos per materna uiscera ut cū mor
tua fuero cōsuatis me coreo crineo et
includatis me ĩ sepulcro lapideo. ꝛ co
operturā eius cōstringatis cum ferro ꝛ
plumbo. tribus cathenis ferreis ꝛ mag
nis totū sepulcrū ligate. ꝛ cum tribus
diebus ibi fuerit pro me cātate missā.
Si in quarto die me inueneritis in ter
ra me sepelietis. Cum aūt ōnia fuissent
completa primis duabꝰ noctibꝰ cum
mirabili strepitu irruētes circa sepulcꝛ
duas cathenas cōfregerunt media inte
gra remanēte. Sed in tercia nocte circa
gallicātum aduenit cum magno strepi
tu magna ꝛ mirabilis multitudo ho/
stium. templū in quo sepulcrū erat po
situm a fundamento uisum ē moueri.
Tunc unꝰ demon terribilior ceteris ac
cessit ad sepulcrū clamauit dicēs. Sur
ge maledicta ꝛ accipe in tuo corpore
maledictionē eternā. eo ꝙ totū corpꝰ
tuum ꝛ cor deditū fuit deliciis. uanita
tibus. honoribꝰ. ꝛ peccatis. Quod cū
illa respōdisset. de sepulcro non pos/
sum quia ligata sum uinculis. Ille ac/
cedens ad sepulcrū cathenā ꝛ ligamen
ta ut stupā cōfregit. ꝛ inde eā extrahēs
de sepulcro. super equū igneū eā po/
suit. ꝛ in presentia omniū ad infernum
deduxit.

Sextum malū est euidens
deceptio. Refert Valerianꝰ ꝙ quidā
iuuenis fugiebat a facie unicornis. et
dum fugeret cecidit in baratrū. ꝛ dū ca
deret extensis manibus arborē appre/
hendit Cuiꝰ pedē duo mures rodebāt
sed de eius summitate distillabat pau
lulum mellis. Cum aūt inferius respexis
set quatuor dracones in profundo pu
tei uidit paratos ad deuorādum eum
Tunc ille deceptus ex dulcedine mellis
ut sic cōsiderabat ferocitatē unicornis
casum arboris. ꝛ ferocitatē draconum
Loquendo spiritualiter. Fugiēs ē hō.
puteus est mundꝰ. unicornis est mors

Item abbas Johãnes referẽs exemplum cuiusdã philosophi dicebat q͂ quidã phũs fuit qui habuit discipulũ quem summe dilexit et diligẽter instruxit. Cum aũt quadã die discipulꝰ magistrum offendisset mortaliter. dum sibi indulgeri peteret dixit phũs. Nõ indulgeo tibi nisi his tribꝰ annis portaueris onera alioꝝ. et mercedẽ dederis his qui iniuriis et cõtumeliis te affligunt. Qui cum fecisset libenter ad suã gratiam est receptus. Itẽ quidã studiosꝰ sedebat in porta urbis. qui õnes intrãtes experiẽdi cã impetebat cõuiciis Cũ autem quidã iuuenis plura faceret. qz dabat preciũ his qui offendebãt eum cum interrogatꝰ a magistro de cã huiꝰ respondit. aspicio q͂ iracundꝰ uult sanari de alieno uulnere. cum igne ollam uult refrigerare. acuit gladiũ sue perfectionis. frãgit põtẽ sui transitꝰ. uult se occidere ut tunicaȝ sui hostis possit dilacerare. de seipso facit faculam de q͂ hostis cõburit. et ideo cõtra hoc peccatum pugnare uolui ut possim habere lr̃arum honorẽ. Tunc senex eum introduxit dicens. Ingredere ciuitatẽ qz dignus es. Tercio est meritoꝝ priuatiua. Legit̃ in uitaspatꝝ. q͂ cũ quidam uellet õnino se uindicare de alio. et hoc audiuisset quidã senex cum fletu dixit. Dñe Jhesu xp̃e iam non ẽ necessarium ut pro nobis sollicitus sis. qz nitimur persequi illos qui thezauros nobis apportant. et uindicare intendimus iniurias nostras. Item ad ideȝ Legit̃ in li. de. vii. do. spũs. q͂ remis fuit mulier quedã rixis et litigiis multum uacãs. Cum aũt quadaȝ die pasche fuisset rogata ut faceret pacem et fecisset. dum ad communionem uenisset. uidit corpus xp̃i in carne realiter inuolutum in quodã lintheo. Cumq͂ illud recepisset et illa die ad litigia et rixas redisset in presentia totiꝰ populi lintheum cum corpore xp̃i exiuit de ore eius et sentencia dei descẽdit que eã per medium trucidauit. Quarto est iniusticie conseruatiua. Legit̃ q͂ quidaȝ princeps fuit multũ offensus a quodã seruo suo. et quia ira predominabat̃ ĩ eo ait dñs. In anterioribꝯ pulcer. in posterioribꝯ fetidus est ille qui cũ ira uult exercere iusticiã. quia Impedit ira animum ne possit cernere uerũ. Quinto est penaꝝ accumulatiua Refert Cesarius q͂ fuit quedã domicella q̃ ire semper erat dedita. Cũq͂ esset mortua et sepulta in sepulcro lapideo ignis emergebat qualibet nocte de eo. Cũq͂ fuisset apertũ sepulcrũ uox lamẽtabil̃ audita est hoc peccatũ ira dãnat corpus et animã. Item refert Iaco. de uitriaco. q͂ fuit quidã comes qui offensus a suis subditis quãtumcũq͂ se humiliarent parcere recusabat. Cuȝ aũt quadã die uellet exire terrã et homines ꝓstrati corã eo indulgentiã postularẽt. et ipse ira infectus equũ ascenderet. subito globus igneꝰ rapuit eũ et equuȝ. et uox audita est que dixit Maledicte ira dei super te est et super iracũdos. Item ad idẽ. Quidã burgensis fuit qui rãcore infectus iniurias sibi factas parcere noluit. et cum esset mortuus et portatꝰ ad ecclesiã psalmis et orõnibus dictis pro eo crucifixus retraxit manꝰ eleuatas de ligno et apposuit auribꝯ suis. et

uox audita est. Nec pepercit nec par/
cam ei.

De nomine Jhesu.

Stud nomē Jhesus multa bo
na operat' in nobis. Prio tol
lit rācorē. Legit' in li. de septē
do. spiri. q quidā erat hn̄s rācorem ↄ
tra aliū nec poterat placari. quidā san
ctus scripsit in fronte eius hoc nomen
Jhesus. ⁊ statim ipsemet iuit ad eum.
qui eum offenderat ad remittēdu3 of/
fensam. Secūdo inducit amorē. Le
gitur in li. de. vii. do. spiri. q fuit qui
dam iuuenis ignarus omi sciētia. s3 ui
tans omne peccatū. Cūq orasset deu3
ut sibi formā orādi donaret ut cor su/
um totum per amorē poneretur in eo.
apparuit ei angelus domini ⁊ porta/
uit foliu3 lauri in quo erat hec scriptu
ra. Jhesu christe fili dei uiui propici/
us esto mihi peccatori. Et ait an/
gelus ei. Aperi os tuum ⁊ comede hāc
scripturam. quia tante uirtutis po/
nitur esse ut demones uincat celos ape
riat. peccata expellit. sanctissimam tri/
nitatem attrahit. ⁊ angeli dei famulan
tur dicenti. Cūq comedisset tanto dul
core sunt repleta os ⁊ uiscera ei9 ut sta
tim experiret' angeli uerbū esse uerum.

De iudicio extremo.

Iudicium extremū debet timeri ꝓpter
rōnes seqn̄tes. Primo quia est conso
lationis mūdane repressiuū. Refert Da/
mascenus q fuit quidā rex magnus ⁊
gloriosus. ⁊ factum est procedēte illo
in curru deaurato cu3 regali obsequio
obuiasse illi duos uiros attritis ⁊ sor
didis uestibus īdutos. attenuatos ma
cie. ⁊ pallidas facies hn̄tes. Rex aute3
cognouit eos in maceratione corporis
⁊ exercitii sudorib9 carnem cōsumptā
habentes. Ut ergo uidit illos. exiliens
confestim de curru ⁊ in terrā procidēs
adorauit. ⁊ surgens amplexat9 ē eos ⁊
affectuose osculatus. Magnati uero il
lius ac proceres de hoc ualde indigna
ti sunt. arbitrātes eos fecisse īdigna re
gali glorie. non tamen ausi sunt ī facie
eius eum reprehēdere. sed germano fra
tri eius suggesserunt ut loqueretur sibi
ne excellentie diadematis tantam infer
ret iniuriā. Qui cum regi ista diceret et
eius inutilem ut sibi uidebat' humilia/
tionem reprehenderet. rex ei respondit
quod tamen de illo non intellexit. Cō
suetudo āt erat illi regi q quādo sentē
ciam mortis cōtra aliquē dictabat. p̄
conem ante ianua3 illius cum tuba ha
buit deputata clāgere. cui9 uoce agno
scebant omnes illū reum mortis existe
re. Vespere ergo ueniēte misit rex buc/
cinam mortis buccinare ante ianuam
fratris sui. Ut ergo audiuit tubā mor
tis de sua salute desperauit. ⁊ tota no
cte domum suā disposuit. Sūmo autē
diluculo nigris ac lugubrib9 uestibus
indutus cum uxore sua ⁊ filiis perrexit
ad pallaciū fratris sui flēs ⁊ lugēs. quē
rex ingredi ad se iussit. uidēsq eum ita
lugentem. ait illi O stulte ⁊ insipiens.
si tu hunc timuisti preconē fratris tui
germani aduersus quem nihil te deli/
quisse cognoscis. quō tu mihi reph̄en/
sionem intulisti quia in humilitate sa/
lutaui p̄cones dei mei. sonorabilē mihi
mortē significātes. ⁊ terribilē dei occur
sum cui multa ⁊ magna me ipse peccas/
se ↄsci9 su3. Ecce deniq tuā arguēs īsi/
pientiā isto us9 su3 mō. Nūc ergo ⁊ illo
rum q ad te meā submisere rephēsionē
stulticiā arguere curabo. ⁊ instruēs fra
trem suum domū remisit. Fecit āt sibi
fieri de lignis arcellas quatuor. Regre

in capitulo de balluo siue rectore ciui/
tatis in secũdo exemplo. Itē ad idē
Dicit' ꝙ quidā rex fuit quē nemo un/
ꝙ̃ potuit facere ridere. Cum āt quidaȝ
mimus hoc audiuisset ait. Si mihi bo
num castrum daret' facereȝ ridere dñm
nostrum regē. Facta igit' promissione
cum ad regē accessisset ⁊ fecisset qcquid
potuisset ut rex rideret. nihil impetra/
uit. ⁊ ait. Rex noster optimus mona/
chus esseȝ. nec propter hoc risit. nec ei re
spondit uerbo sed facto. Fecit eniȝ fi
eri cathedrā de lignis putridis que uix
clauem poterat recipere. in summitate
uero cathedre gladiũ pendentē cum te/
nui filo. ⁊ in profundo ignē copiosuȝ
sic ordīauit ut si cathedra cecidisseȝ mi
mum stantem in cathedra per mediuȝ
diuisisset. si uero cathedra fracta fuis/
set cecidisset in ignem quem nemo pro
tempore extraxisset quin fuisset cõbu/
stus. Flēti igit' mimo rex ait. Ride nũc
⁊ non fleas. Quõ possum inquit ride
re cum ista cõtra me sic uideā ordina/
ta? Et ait rex. Sic nec ego quādo uido
me in cathedra hoc est in mortali cor/
pore habente quatuor pedes. i. quatu
or elementa. quod si frangit' per mor/
tem. uideo ignē inferni subtus me. ⁊ su
per me gladiuȝ iusticie dei. Sicut ergo
tu non rides nunc. sic nec ego qñ consi/
dero eius terribile iudiciũ. Secundo
est ueritatis seu iusticie ostensiuũ. Di/
citur ꝙ semel fuerunt duo socii quorũ
alter alterũ ꝙ̃ carius diligebat. Cũ igi
tur unus in infirmitate positus forti9
grauaret'. socius āt uolens scire ei9 sta/
tum post mortē sibi ait. Rogo care so
cie ut post mortē mihi appareas. ut si
tibi bene fuerit gaudeā. si male tibi cõ/
patiar. Cui ille. Faciā quod regris do
mino permittēte. Eo igitur mortuo cũ
socius una nocte eius expectaret aduē
tum apparuit soci9 iuxta eum. Cui ille.
Quõ uales? Cui respõdit. In die qua
migraui ad dñm fuerũt mortue sex mi
lia persone. de quib9 dnm ad districtũ
dei iudiciũ uenissem9. non fuerunt sal/
ue nisi sex. De quoꝝ numero ego sum
unus. unde uerũ est illud uerbũ qd do
minus in euāgelio ait. Multi sunt uo/
cati pauci uero electi.

De locutione inordinata.

Locutio inordinata multa ma
la inducit in nobis Primo est
demonum uocatiua. Legit' in
uitaspatrũ ꝙ dum frēs cõuenissent ut
uerba edificationis audirēt. quidaȝ se
nex uidit āgelos dei stātes iuxta illos
⁊ letari quādo loquebant' de diuinis.
sed statim quādo uertebant se ⁊ loque
bantur de secularibus ⁊ uanis. āgeli fu
giebant. ⁊ demones accedebāt ⁊ gaudi
um maximum ostendebant. Secun/
do est pacis turbatiua. Legit' in li. de
septē donis spiritussancti ꝙ quedā ue/
tula que dicebat' diuinatrix requisita
fuit a quadā iuuencula quid posset fa
cere ut a suo uiro diligeret' multũ. Cui
illa Summo mane intrabis ortum tuũ
⁊ nulli eũdo uel redeũdo facias uerbũ
⁊ in eo ingressa ter genua flectēs uers9
orientem dicēdo pr̃ nr̃. ⁊ pones te pro
stratam corā tali herba que est in āgu
lo orti. ⁊ quid audias ibi facias. ⁊ ue/
lata facie redibis ad hospitiũ tuuȝ ne/
minem salutando. Cũq; uetula preue/
nisset eum ad ortũ ⁊ abscõdisset se iux/
ta herbā. ⁊ iuuēcula staret ibi prostra/
ta. uetula mutādo uocē dixit. Tace pa
cem habebis. Cũq; illa redisset ⁊ uetu/
le quod audiuerat nunciasset. illa hoc

confirmando ait. Benedictum est tibi si tacueris ⁊ uiro tuo male locuta non fueris pacē habebis. ⁊ eris dilecta per eum Itē ad idē. Legitꝰ ꝙ q̄dā uxor militis molestata per eum ⁊ uerberata. frequenter uenit ad quādam matronā interrogauit quid faceret ut diligeretꝰ a uiro. Cui matrona. Lepores qui inse/quuntur a canibus uiri tui dabunt ti/bi documentū quō eris dilecta. Cumqꝫ quadā die iuisset ad uenationem ⁊ uellet loqui leporibus. quāto magis loq̄batur. tāto magis fugiebant ⁊ minus appreciabantur eam. Que rediens ad matronam illusam se credēs uerbis iniuriosis mouebatꝰ contra eā. Tūc dña Optime te docuit lepus ⁊ si non uerbo tamen exemplo. Sicut enim nō rebellādo aut de uerbis curādo sed fugiēdo ⁊ canes declinando uitat eoꝝ laceratio/nem. sic tu fugiendo respōsiones inor/dinatas ⁊ non curādo de uerbis paceꝫ habebis. Itē legitꝰ in li. de. ui. doīs spiri. ꝙ dum quedā uetula iret per uiā iuuenis tristis cum bursa plena denariis sedebat iuxta arborē. Qui īterrogatus a uetula quid haberet. rñdit. De/mon sum ⁊ affecto summe ponere discordiam inter talē ⁊ uxorē suā. ⁊ quia locutio humana mihi deficit que ē instrumentū omnis mali. iō assequi non possum quod opto. Sed quia locutio tua mirabilis ē pro isto facto. do istā pecuniā ut deducas ad terminuꝫ. Que accedēs ad domū mulieris cum una iuuencula. affirmauit secrete ꝙ cū illa adulterabatꝰ uir suꝰ. ⁊ tunc ad hoc uene/rant ut reciperēt tunicaꝫ pro nephario opere. Tunc accedēs ad uirū secrete in/dicauit ꝙ uxor sua amorē illicituꝫ ha/bebat cum quodā clerico ecclesie cathedralis. ⁊ duꝫ loquerentꝰ simul retro columnam me existēte ibi in orōne. audiui eos mutuo cōuersantes. ⁊ taliter cōuenientes ꝙ in crastinū tali hora redi/rent ⁊ ordinarent de facto. Tunc misit iuuēculam ad suscipiēdum pānuꝫ quē emerat uetula. qn̄ uiro ītulerat ista uerba de sua uxore. Quod aspiciēs uxor sua suspicata est de eis ōne malum. Et dum in cena nollet comedere uir prece/pit ut cogitaret de clerico. ⁊ tandeꝫ ad procurationē uetule clericus loquitur cum dña. que locutio uiro fuit suspi/tio oīs mali. Reuertitur uetula ad do/minam. cōsilium dat ut de pilis bar/be uiri cum rasorio sumat. ⁊ postꝗ̄ e/os comederit omnē aliā muliereꝫ odi/bit. Iterū accedit ad uirū uetula et dis/cit ꝙ de cōsilio clerici per uxorē in illa nocte erat interficiendꝰ. ⁊ iō caueret ne in somnis opprimeret eū Cūqꝫ uxor cū rasorio uellet accipere de pilis barbe eius. uir arripiēs manū eius clamauit. lumen accēditꝰ. amici ꝯgregantꝰ. discordia maxima stabilitꝰ. Quod aspiciens demon dixit uetule. Per. xxx. ānos dedi operā ut hanc discordiā excitareꝫ ⁊ tu in tribus diebꝰ perfecisti eam. optime enim linguagiū habes inferni ⁊ digna es melius ꝗ̄ ego. ⁊ rapuit eā ⁊ por/tauit secū. Deus āt per discretionē uni/us sacerdotis declarauit maliciam. et uir ⁊ mulier ad pristinū amorē sunt redacti. Tercio est malorū amatiua. Legitꝰ in li. de. ui. do. spiri. ꝙ quidaꝫ princeps fuit qui non solum erat irre/gularis in lingua in se. sed adulatores detractores corrupta uerba tenētes summe diligebat. ⁊ frequēter secū duceb at. Quod attendens eius coquus pulcro exemplo eum confudit. Nam omnia

cibaria magne excellentie parauit. ⁊ in fine linguas porcorum optime paratas donauit. Cum de illis omnes inuitati ⁊ dñs liberalissime comedissent omnibus aliis dimissis in sua camera dominus iterrogat coquū. que fuiss3 causa male preparationis ciboꝝ uilium? Respondit coquus. Dñe dicā uobis si absq perturbatione uultis recipere dictum meum. Cui dominus. Dic secure Tunc coquus. Deus uoluit ut ego seruire3 uobis eo mō quo uos seruiuistis sibi. Vos enim nunq de aliqua re uitili spūali uultis loqui sed oditis loquentes. sed de ribaldariis. de mulierib9 de immundiciis que sunt lingua porcorū comedentiū stercora. de istis curatis. ⁊ ista optime ordinatis Quod audiens dominus cōfusus in se. emēdauit uitā suam. Itē fingit̃ fabula q terra semel peperit pulcerrimum monte3. ⁊ iste mons cōtraxit matrimonium cum sole tandem omnes creature respiciētes pulcritudinē solis ⁊ pulcritudinē montis crediderunt q fructus. arbores. lapides preciosos. herbas uirētes ⁊ fontes summi ualoris deberet pturire. unde omnes creature exspectabāt partū ei9 Finaliter peperit ⁊ loco arboris produxit spinas. loco fructuum produxit tempestates. loco herbaꝝ produxit serpentes ⁊ mures loco lapidum preciosorum produxit ignem sulphureu3. Tūc creature dixerunt. Maledicta sit talis mr̄ que tales filios dedit nobis Mōs est homo. sol sapiētia. quod expectabatur sunt cōsolationes ⁊ orōnes ⁊c.

Quarto est bonoꝝ tēporalium priuatiua. Refert hystoriograph9 q fuit in anglia quidā illustris rex dign9 memoria diuitiis affluens. non solū illis que sunt cōueniētes bonis ⁊ malis. uerum etiā illis que animū faciunt opulētum. uirtutib9 honestus morib9 ⁊ gratiis. is tres filios habuit quos quantum ualuit iustis ⁊ honestis moribus enutriuit. Cum igit̃ in extremis uite sue positus de herede regni sollicitus cogitaret. uolens experiri quis filioꝝ suoꝝ sapiētior esset. ⁊ quem herede3 pre aliis ɔstitueret. Et deliberās per quē modum experiri posset. acquisito primogenito ait illi. Fili carissime si me scires deum esse ⁊ tibi iuxta uotū tuū me uelle satisfacere. quid est in mūdo quod plus eligeres ⁊ amplius exoptares Cui filius Eligerē proculdubio ut eēm fortissimus hominū. Et rex. Que ē rō que so ut eligeres istud pre omnibus. Et ille. ut possem inquit ōnes homīes meo imperio subiugare. ōnes inimicos meos deuincere. Tūc rex illo licētiato iussit uenire secūdogenitū. ⁊ facta supradicta questione respōdit. Eligerem inquit pr̄ ut essem pulcerrim9 hominum Cui rex. Huius tue dilectionis cām scire desidero. ut omnes homīes ad amorem meū ⁊ familiaritatē allicerem. ⁊ sic me regē super omnes alios propter meam speciositatē statuerēt. Tunc rex illum abscedere ⁊ minorem iussit uenire. Qui facienti questionē quam fecerat aliis ille cum magna maturitate rn̄dit Eligerē inqt pr̄ ut collū meū ita lōgū esset ut collū gruis. non sicut desiderauit phūs epigori9. pictagoras tāq delicatus ferculoꝝ saporib9. s3 poti9 ut uerba singuloꝝ diu āte in ore meo discuterē. admirās rex illi9 tātā prudētiā ceteris illū pretulit. ⁊ herdē regni constituit.

De ludo

Ludus multa mala inducit in nobis. Primo est penarum in/ductiuus. Leget̄ in li. de. vii. donis spūssancti. ꝙ quidā monachus in die parasceues prostratus ⁊ raptus ad diem pasche. dixit ꝙ uiderat ī mira bili pena quēdam militē qui bon9 ca/stus ⁊ hospitalis fuerat. Cūq̄ quereret quare illa sustineret. cu3 āte mortē cog nouisset eum bonū. fuit sibi respōsum ꝙ propter placentiā quam habuerat ī ludo ⁊ in uolatu auiū hec pena sibi da batur. s. ꝙ ueniebāt quatuor aues ⁊ q̄/tuor canes ⁊ dilacerabāt omnia mem/bra eius. ultimo ueniebat un9 teterri/mus demon. ⁊ taxillos igneos īprime bat in uulneribus eius. ⁊ cum duabus laminis igneis cōstringebat eū. unā an̄ ⁊ alterā retro. ⁊ dicebat. Nunc hēs ta/bulam ⁊ taxillos lude si potes. Se/cundo est irā dei excitatiuus. Legitur ꝙ cum quidā sanctus semel de benefi/cio incarnationis gauderet. eo ꝙ uide bat altare. ⁊ super altare uirginem cu3 puero. apparuit ex alia parte demon. ⁊ edificauit unū aliud altare. ⁊ super il/lud posuit taxillū. Cūq̄ uidisset maxi ma3 multitudinē adherere altari dmo nis. p̄cepit demoni ut insinuaret ei q̄d esset illud altare ad quod sic auide et uolūtarie currerēt homines. ⁊ q̄d signi ficabat illud quod erat positu3 super altare. Respōdit demon. Altare ē lud9 quod est suprapositum est taxillus in quo sunt uigintiunū puncta ꝓpter uigī tiunum mala que ego extraho de lu/do. Primū malum est cupiditas. secū/dum proditio. quia uult spoliare illu3 cum quo ludit. terciū rapina spolians usq̄ ad braccas. quartū est usura. quī tum afflictio. sextū contempt9 p̄cepti

ecclesie. septimū scādalum ꝓximi. octa uum blasphemia. nonu3 emissio boni. decimū fraus. undecimū ira. duodeci/mum periuriū. tredecimū cōuicia. quar tumdecimū uerberatio. quintumdeci/mum festiuitatū fractio. sextūdecimu3 interdū homicidium. decimūseptimu3 ydolatria. decimūoctauum mendaci/um. decimūnonum impenitētia. uicesi/mum desperatio. uicesimūprimum dei abnegatio. Vn̄ sicut lex dei uigintiuna lr̄a potest perfici. sic lex mea ⁊ uirtus mea in ludo complet̄. Tūc uox ad san ctum. Surge ⁊ nuncia que uidisti.

Tercio est demonis aduocatiu9 Re fert Cesarius ꝙ fuit quidā miles q ita erat dedit9 ludo. ut omnib9 aduenien/tibus suum preberet hospitiū ad luden/dum cum eis Quadā die demon in hu mana specie ingressus est eius hospiti/um. ⁊ cum inuitat9 fuisset ad ludum a milite. lusit cum eo. ⁊ cum demoni bn̄ succederet lud9 ⁊ male militi. dixit mi/les. Iam dies appropinquat. recede ut quiescā. Tunc demō. immo nox perpe tua tibi erit. ⁊ moriēdo uiues sine q̄ete

De luxuria.

Luxuria multa mala inducit in nobis. Primo est penarum in uentiua. Refert Beda ꝙ fuit q dam uicio carnis deditus. qui fuit ca/ptus per demonē ⁊ ductus per diuer/sa genera pena3. ⁊ quia erat deuotus beate uirgini nō fuit permissus demō ut eum lederet. sed reductus ad domū omnibus dimissis iuxta fluuiū conge/latum cellā suā cōstruxit. in quo se to/tus indutus immergebat. ⁊ postq̄ diu in glacie steterat balneū calidissimū in/trauit. Cūq̄ interrogaret̄ de cā tā san/cte cōuersionis. respōdit Ostēdit mihi

dominus uilitate peccati immundicie·
quia est ibi anxietas erubescenda peni
tentia feditas· ⁊ infamia Ostēdit mi/
hi penā inexpressibilē huius peccati· ⁊
si uidissetis ampliora me faceretis·

Item ad idē· Fuit quedā iuuencula
luxuriosa· que post multas infirmita/
tes defuncta est· que cum tm̄ uno linthe
amine fuisset cooperta· omnes canes ci
uitatis ordinate uenerunt ⁊ lacerauerūt
lintheamen· ⁊ inuito pr̄e corp⁹ lacerare
ceperunt. Tandē conueniunt multi ⁊ ex
pellunt canes· sed in nocte ī maiori q̄n
titate uenientes aperto sepulcro corp⁹
illud non obstāte quacūq; prohibitio
ne deuorauerunt. Itē legit̄ in uitas/
patrum· q͛ cum quidā pr̄ temptaret̄ a
peccato immūdicie· accēsa cādela dixit
Si peccatores ⁊ immundi ponuntur ī
igne inferni· uide ergo si poteris susti/
nere hanc flāmam anteq̄ cōpleas pec/
catum· Qui cum cōbussisset sibi totum
digitū· malum est peccare inq̄t. Se/
cundo est dānationis procuratiua Re
fert Gregori⁹ q͛ cum quidā in uigilia
pasche deflorasset iuuenculam ⁊ ī crasti
num timeret ingredi ecclesiā· finaliter ti
more postposito est ingressus· ⁊ dū se
cunda ⁊ tercia die ingrederet̄ sine timo
re· diuinū iudicium eum percussit· ⁊ cū
expirasset ⁊ esset sepultus· flāma tam/
diu eius sepulcrū cōbussit quousq; una
cum corpore fuisset consumptū. Itē
refert Helinandus q͛ cum quidam car
bonarius propter uite meritū familia
ris esset suo dn̄o· tam quadā nocte ui
gilaret ⁊ custodiret fossam carbonariā
uehementer accensam. ecce quedā femi/
na nuda currens ⁊ post eam apparuit
eques nigrum equitās equū euaginato
gladio currens ⁊ uolens comprehēde/
re mulierem. que dum fossam carbone
riā circuiuit· eques comprehendit eam
⁊ perfossam gladio in ignem proiecit·
⁊ exustam rursum retraxit ⁊ posuit eā
super equum ante se ⁊ abiit· ⁊ cum hoc
pluries contigisset· narrauit comiti do
mino suo· qui cōfessus diligenter am/
bo uenerunt ad siluā· ⁊ circa mediā no
ctem cum signassent se per totum · ecce
terribilis uox ⁊ strepitus apparuit e/
ques cum muliere. ⁊ cum proiecisset eā
in fossam igneā ⁊ retraxisset ⁊ uellet re/
cedere sicut prius. comes precepit sibi
in uirtute crucifixi ut narraret quis eēt
Tunc ille· Ego sum miles uester· ⁊ mu/
lier ista fuit uxor talis militis q̄ adul/
terauit mecū. ⁊ quia in morte penitui/
mus ad mille annos sum⁹ positi ī hac
pena ut ipsa tantū affligat̄ in ictu gla
dii ⁊ in proiectione ignis ut non pos/
sit exprimi· nec ego possū enarrare do
lorem quem patior ab isto equo qui ē
demon infernalis· in quo necessario ha
beo equitare· sed misse ⁊ elemosine nos
liberarent si offerrētur pro nobis· Tūc
comes gratāter in his eis prouidens·
postea sciuit eoꝝ liberationē. Item
ad idē· Refert Cesarius q͛ dum quedā
cōcubina sacerdotis īfirmaret̄ ad mor
tem· fecit fieri calceos optime tacona/
tos supplicādo ut sepeliret̄ cum eis Cū
q; factum fuisset ⁊ miles quidā equita
ret iuxta sepulcrum ei⁹ splēdente luna
audiuit ululat⁹ horribiles · ⁊ fugiens
conuocato populo uiderunt unū mi/
litem cum equo igneo ad modū uena/
toris cum cornu cōuocantem canes· et
aperto sepulcro illius per pilos eā li/
gans brachia secum ducere uoluit Sed
cum illa ut apparebat pilis euulsis fu/
geret· ille dimissis equo ⁊ canibus tam

diu secutus est eā quousq; comprehendit ꝛ secum adduxit· unde in crastino ī sepulcro nihil penitus est inuentum nisi tm̄ capilli· Tercio ē ꝯfusōis iniciatiua· Legit' in li. de· vii· do· spiri· ꝙ q dam archiepiscopus familiaris regis Anglie scripsit epistolā hāc in qua epistola fuerūt hec uerba· Gaudeo de perfectione uite tue· quia es elemosinari9· pius· iustus· ꝛ amator pacis· Sȝ luxuria ponit maculā in gloria tua· Considera obsecro quantū doleres· quātum erubesceres. quantū tibi displiceret si filia tua fornicaret'. ꝛ ex teipso scies quātum displicet deo ut sis seruus libidinis· ꝛ ꝙ tam uilis pars dominet' in rege. Quarto est malarū familiaritatum prouocatiua· Legit' in li· de septē donis spiritussancti ꝙ cum beat9 Hilarius iret contra hereticos· occurrit ei dyabolus in specie seruiētis· qui factis multis obsequiis induxit eum ut uinū ꝛ carnes comederet· ꝛ hoc facto ꝙ q̄ndam mulierē quam asserebat statim uisitaret Cūq; sanctus uir ei frequēter fuisset locutus sic eum attraxit ut in suis carnibus motū illicitū sentiret· tūc scito a demone quō ad eū uenerat ut indinaret eū ad uiciū carnis omnē familiaritatē mulieris extunc contēpsit·

Quinto est corruptionis donatiua Legit' in uitaspatrū ꝙ cum quidā frater exardesceret ex amore cuiusdā mulieris· denunciatū est ei ꝙ mortua esset· Tunc de nocte uenit ubi audiuerat eā sepultā· ꝛ fodiens accepit putredines eius in uestimento ꝛ tulit ad cellā suā· Cūq; post modicū nimis feteret· posuit ante oculos suos dicēs· Ecce habes desiderium tuum. satia te· ꝛ sic castigauit se donec emorirent' concupiscentie sue. Sexto est demonibus associatiua. Legit' in li· de· vii· donis spiri· ꝙ quedā mulier fuit que de adulterio cōcepit filiū· que non habēs unde nutriret eum eo ꝙ uir su9 erat mortu9· ꝛ ōnia bona eēnt ab ea ablata· dolere multum incepit· Et dū eēt in tristicia dyabolus in humana specie apparuit ei dicens· Si uis cōsentire mihi duplicabo omnia que habebas· Cūq; illa consentiret ait demon· Post septē dies ueniā ad te. quib9 trāsactis ꝛ illa fuisset summe ditata requirit demon ut in trib9 seruiat ei· Primo ut ōnes religiosos in suo reciperet hospitio ꝛ prouocet ad peccatū carnis Secūdo ut in ecclesia sit garrula ꝛ semper loquat'. Tercio ut in die pauperes recipiat ꝛ de nocte expellat· Que complens fideliter ōnia· tandem infirmata est grauiter· ꝛ consideratis omnib9 malis desperare incepit· Quod agnoscens fili9 ad recursum diuine mie ipsam prou· ꝛ regrebat mr̄em unde tot diuitie erāt misse· que reuelās ei omnia dum filius sic confortasset eā ꝙ cōtrita ꝛ sperans de diuina mīa cōfessorem peteret· ille iuit festinus· sȝ interim adueniunt demones que sic eam terruerunt ꝙ pre timore mortua ē· Tūc filius cum cōfessore eā mortuā inueniens confessus ē pro ea pc̄tā sua· Et cū accepisset septē annos de penitētia ꝛ eos cōpleuisset· apparuit ei dicēs Licȝ uicio multū placabili demoni essem ligata· nihilomin9 uirtus diuine mie per tuam miam me liberauit. Septimo est nature destructiua· Refert Vincēcius ꝙ quidā Benedictus noīe apparuit cuidā sancto uiro in specie cuiusdam mōstruosi aīalis· naȝ aures ꝛ cauda erāt azini· cetera āt ursi Cūq; territ9

fugeret· clamauit illud monstrũ dicens Noli expauescere. scias hominẽ me fu/isse sicut tu es· sed quia bestialiter uixi ⁊ in carnalibus uiciis fui imersus· p9 mortẽ speciẽ bestie tenere merui· Cumq3 requireret᷑ que esset eius pena· respõdit Benedictus sum nomine sed maledi/ctus re. Nam usq3 ad diem iudicii per squalentia loca ⁊ fetida ⁊ bulliẽtia ra/pior ⁊ pertrabor· ⁊ post extremũ iudi/cium corp9 meum ⁊ aĩa mea simul ir/remediabili dolore ⁊ irreuocabili cruci atu erit sine spe alicuius gaudii futuri· Et cum hoc dixisset uenerunt teterrimi ursi ⁊ eum rapiẽtes extunc non cõparu it· Octauo est criminũ inuẽtiua· Re/fert Vincentius ꝙ fuit quedam mulier Eugenia nomine· quam cum pater ei9 uellet nuptiis tradere· illa fugiẽs cũ du obus eunuchis· in habitu uirili ordinẽ monachoꝝ intrauit· cui9 uirtutem ab/bas considerans eũ ad uisitãdũ quan/dam dominã misit· q̃ attẽdens ad ei9 pulcritudinẽ in amorem Eugenie exar sit Cũq3 illi cõceptum suũ expressisset· Eugenia eã expellens sic ait· Discede a uiris dei deceptrix animaꝝ· habitacu lum magnũ demonis· perfidie plena· il lecebrata· Cũq3 illa timeret infamari ac cusauit Eugeniã uirginẽ credẽs ꝙ ess3 hõ id ẽ uir ꝙ opprimere eã uoluit· Et quia Philippus pr̃ Eugenie tunc erat baliuus in terrã. ille audito facto ne/phario iussit capi monachũ ⁊ pati tor menta ⁊ cum ei presentat9 fuisset· dixit Philippus· Scelerātissime xp̄ianoru3 Jhesus xp̄s tradidit uobis ut corrup tioni operã detis ⁊ matrimoniale3 pu diciciã maculetis? Cui Eugenia· Jhes9 xp̄s cui seruio castitate3 docuit· ⁊ uere seruantib9 uitã eternã promisit. Cumq3 illa meretrix mulier cum suis ãcillis re/accusaret instãter· dum fuisset exuta ue stibus ⁊ indumẽtis apparuit mulier q̃ credebat᷑ monachus· Tũc Eugenia ad Philippũ· Tu es pr̃ me9 ⁊ ego sum fi/lia tua· ⁊ Claudia mr̃ mea· ⁊ ego hõres mundi ⁊ delicias abhorrui ut liberius seruirẽ xp̄o· Tunc induta ⁊ eleuata in ãbone ut xp̄s laudaret᷑ de tãto facto· ignis uisibiliter descẽdit de celo ⁊ mere tricem cõsumpsit cũ sequacib9 suis·

Virgo dei genitrix.

Virgo dei genitrix Maria gra tias dat humano generi· Pri/mo corroborat· Legit᷑ in ma/riali magno ꝙ cum in Constãtinopo/li ecclesia btẽ uirginis Marie mire ma/gnitudinis cõstrueret᷑· ⁊ due colũne ꝓ/pter nimiã magnitudinẽ leuari nõ pos sent: apparuit beata uirgo magistro o peris dicẽs· Appone tres pueros uirgi nes iuxta colũnam. ⁊ quia puritatis ⁊ innocẽtie amatrix sum eleuabũtur per eos columne· Qui cum fecisset stati illi pueri eas uelut paleas eleuauerunt·

Secũdo uirgo Maria malicus per/fidorum obuiat· Legit᷑ enim in maria li magno· ꝙ dum archieps̄ Tholeta/nus ĩ assumptiõe beate ac gloriose uir ginis Marie missaꝝ solẽnia celebra/ret· uox de celo audita est dicens· Heu heu xp̄iani quoꝝ semper sum aduoca ta· cur sustinetis ut per iudeos fili9 me us iterũ crucifigat᷑· illudat᷑· ⁊ cõspuat᷑ Tunc celebrata missa dum archiepisco pus cum magno exercitu intrasset ho/spitia iudeorum· inuenit ꝙ in quada3 imagine cerea inducebant õnia genera tormentoꝝ que induxerãt in xp̄o ui/uente· Item ad idẽ. Legit᷑ in maria/li magno ꝙ fuit quidã in ciuitate bis/

funtina· qui uanitatibus deditus diui
tias omnes expēdit· ꝛ cum suos paren
tes grauasset· mutuis etiaȝ pro mutuo
ad iudeos accessit· ꝛ cum iudeus nollet
pecuniā tradere sine pignore uł fideiusſ
sore· ait· Accipe Jhesum xp̄m deuȝ ui/
uum quem colo fideiussorē· Cui iudeꝰ
Credo ꝙ deꝰ non fuerit· sed sanctꝰ ꝓ/
pheta· ꝛ iō porta mihi eius imagineȝ·
xp̄ianus accepta manu iudei cōiunxit
manui xp̄i stantis in gremio mr̄is· ꝛ ac
cepta pecunia ultra mare recessit· ꝛ sum
me ditatus non fuit recordatus de misſ
sione pecunie nisi per unū diē āte soluti
onem pecunie· ꝛ contristatus multum
dum fleret habita deliberatione cū ser/
uis facta archa ꝛ posita in ea pecunia
diuinā bonitatē sic alloquit' ī hūc mo
dum· Dn̄e Jhesu xp̄e peccaui exponen
do tuā bonitatē iudeo· sed nunc addi
di peccatū super peccatū· quia neglexi
soluere pecuniā cum haberem unde tibi
satisfacerem· unde tibi qui es ubiq; p̄/
sens eā nunc reddo· ut pro me satisfa/
cias iudeo prefato· archa cuȝ pecunia
in mari ponit'· ꝛ cum essent infinita ter
rarum spacia in crastinū in ripa aque
super quā iudei hospitiū erat situm ar
cha apparuit· ꝛ rapta a iudeo accepta
pecunia abscōdit eā Cūq; post magnū
tempus mercator redisset ꝛ iudeꝰ debi
tum postularet· affirmat xp̄ianus de/
bitum fuisse solutū· ꝛ producit in testē
suum fideiussorē· Cum uenisset coram
imagine xp̄i· ait xp̄ianus. Domine Jhe
su xp̄e qui es ueritas et uita. dic quid
est ueritatis de hoc facto· Tūc uirgo lo
cuta est ꝛ ostēdit ꝙ solutū erat· ꝛ ꝙ pe
cunia in tali loco erat· Jtem ad idē
Legit' in mariali magno ꝙ cum aureli
anis quedā ecclesia esset constructa ad
honorem dei ꝛ beate uirginis ad quaȝ
confugiebat populus quādo īpugna
batur ab hostibus· dum quadam die
multitudo hostiū aduenisset· ciues cō
fugiebant ad ecclesiā· dum unus q for/
tior inuasor hostiū fuerat staret retro
colūnam in qua erat imago beate uir/
ginis. unꝰ hostium acceptis iaculis sic
ait· Nunc uidebo si te saluabit imago
illa· ꝛ duȝ proiecisset iaculū· imago pe
dem eleuādo suscepit iaculū ꝛ saluauit
suum deuotū· sed mox sagitte ignee ca
dentes de celo hostes fugauerūt de ter
ra· Tercio uirgo bn̄dicta uerbum ꝛ
instrumentū uocis restaurat· Legitur ī
mariali magno ꝙ quidaȝ puer mutus
ductus ī uigilia purificationis ad ma
tutinas beate uirginis· dū obdormiuisſ
set aliquātulum ꝛ decātaret' respōsori
um Gaude uirgo Maria· ꝛ uideret q̄n
dam dominā letari· supplicauit ut euȝ
iuuaret· ꝛ statim uisuȝ fuit ei ꝙ una co
lumba linguā ꝛ labia eius mollificaret
ꝛ surgens subito resumpsit super ōnes
uoces ecclesie respōsorum· restituta si/
bi plena uoce· Jtē ad ideȝ· Legit' in
mariali magno ꝙ fuit quidā clericꝰ q
multas diuitias ꝛ honores habēs· licȝ
mundanis esset deditꝰ· hic tn̄ in corde
suo firmauit ꝛ tenuit quotienscūq; in/
grederetur ecclesiā ꝛ trāsiret corā imagi
ne beate uirginis genuflexo salutatio/
nes eius dicebat hoc modo· Aue ma/
ria gr̄a plena ꝛc̄· benedictus uēter tuus
ꝛ benedicta sint sanctissima ubera tua
Tandē in desperationē cadēs propter
infirmitates corporis linguam ꝛ labia
cum dētibus amputauit· Cūq; ille spi
ritu iaceret in lecto uidit ad caput le
cti sui personā stare prepulcerrimam·
Jut postea expressit erat angelus dei

plangens huius infirmi dolorē. ⁊ dice bat. O mater mie fons pietatis ⁊ coro na glorie. attēde ad hunc infirmuȝ pri uatum lingua que benedicebat sanctis simum uentrē tuū ⁊ ubera tua. attēde o domina quō sperāt in te hoīes. ⁊ quō lingua huius ardēti affectione te dili/gebat ⁊ honorabat. Ut ergo possit e/narrare ꝙ tu labores ⁊ dolores homi/num cōsideras. ⁊ omniū infirmitatum es medicina. non potenti loqui restau ra uerbum. statim affuit beata uirgo utricꝫ. ⁊ missa ubera in ore infirmi ⁊ in fuso lacte linguā ⁊ labia recuperauit i/tegre ⁊ surgens statim sanatꝰ perfecte laudauit clementiā genitricis. Itē le gitur in mariali magno ꝙ fuit quedaȝ puella que cum in die assumptiōis be ate uirginis filaret. dum filū lingua ma defaceret sic ei adhesit ut in tantum tu morem etiā labia cōuertit ut in figurā aliam esset mutata. Cūcꝫ ciues una cuȝ ea ad altare beate uirginis uenissent et cum magnis gemitibus ueniam postu lassent. liberata penitus ⁊ sana recessit

Quarto a submersione saluat. Legi tur in mariali magno ꝙ cum quedam mulier docuisset puerū suū salutatōem beate uirginis. ⁊ quādocūcꝫ timeret et esset in aliqua necessitate eā diceret. dū semel cum aliis pueris iuxta fluuiū lu/deret. subito rapiunt᷑ ōnes a flumine. ⁊ dum alii deum blasphemarēt ille sa lutationē beate uirginis dicebat Tunc una pulcherrima domina eum accepit ⁊ in sinum suū ɔfortauit ⁊ fouit ⁊ aqs iam transactis puer sanus ⁊ icolumis apperuit. Et dum alie matres pueros inuenerunt submersos. ⁊ ɔgnouerūt ꝙ protegente beata uirgine iste fuerat li/beratus. Item legit᷑ i Mariali mag no qđ accidit in Basconia ꝙ q̄dā mu/lier ꝓpinqua partui dum ecclesiam be ate uirginis que erat in loco in quo flu it mare ⁊ refluit. dū rediret ⁊ mare po pulos sequeret᷑. nec possȝ tm̄ fugere. ab undis marinis rapit᷑ ⁊ inuoluit᷑ ī mari que ad beatā uirginē eleuās cor suuȝ. cum maximis lacrimis supplicauit. ut sicut in illa die fuit lux humani generis sic tunc esset sua adiutrix. statiȝ uirgo beata affuit. ⁊ palliū suum super eam extendens ab undis marinis protexit. ⁊ cum in illo sabbato ibidē peperisset matrem ⁊ filiū sanos ⁊ icolumes trāsa cto mari populo demōstrauit. Itē legit᷑ in mariali magno ꝙ quidaȝ ep̄s cum magno populo peregrinationem hierosolimitanā faciebat. Cūcꝫ fuisset in mari ⁊ tēpestas fuisset exorta. naute attendentes quō nauis propiqua erat submersioni accepta barca cum ep̄o et cum paucis nauē exiuit. Qđ attendēs unꝰ scutifer qui deuotꝰ summe erat be/ate uirgini uoluit se ponere in illa bar ca. ⁊ cum descēderet ab undis marinis raptus. descēdit in profunduȝ maris. ⁊ ibi non īmemor erat de uirgine bn̄di/cta. Dum supplicaret ad eā. affuit ei e/ius adiutorium. ⁊ uelut tentoriuȝ fuit pallium beate uirginis super eā. Fina liter nauis cōmunis submergit᷑. ⁊ scđm numerum personarū ibi existētium ui/debat colūbas ascēdere ad celos unaȝ post aliā. cum attēderet deficere in illo numero animā sui scutiferi erat multuȝ anxius pro eo. Finaliter ep̄s uenit ad ripam ⁊ inuenit suū scutiferū icolumeȝ ⁊ sanum. Qui cum narraret quomodo btā uirgo ei affuerat. ⁊ īter undas ma ris euȝ nutriuerat absꝗ aliqua lesione laudabant deū Quinto a cōfusione

preseruat. Legit' in mariali magno ꝙ fuit quedã abbatissa iusta in regimine deuota in uita. sancta in cõuersatione insolẽtes acriter puniebat. ⁊ iõ illoru₃ indignationẽ habebat. ⁊ quia non poterant ei nocere aliter. ad eius seruiciu₃ se ingerentes signa maximi amoris pretendebant ad eã. que corrupta ab eis a suo seruitore cõcepit filiũ. ⁊ cum eius ĩpregnatio in uẽtre ⁊ in cibo eẽt ꝓcognita. omnibus ⁊ singulis facta reuelãt. ⁊ cum lr̃is ⁊ nunciis aduentũ epĩ instãter requirunt. cuius aduentũ presentiẽs abbatissa. ingressa oratoriũ beate uirginis. tota perfusa lacrimis sic dicebat O bñdictissima uirgo lucerna mundi. refrigeriũ peccatoꝝ. adiutrix in õni tribulatione. cõsidera nunc instãtem confusionem meã. Nõ enĩ sum digna ex feditate peccati mei accedere ad tua₃ presentiam. sed superabũdat tua clemẽtia ubi superabũdat delictum. Cum autẽ corde cõtrito lacrimis plena sic instaret apud beatã uirginẽ. obdormiuit aliquãtulum. ⁊ in illo sopore uirgo bñdicta apparuit ei dicẽs. Non enĩ ẽ fas ut aduocata peccatoꝝ uere cõtritis in necessitate deficiã. ⁊ iõ obtinui tibi a filio meo peccatoꝝ remissionẽ ⁊ confusionis liberationẽ. Tunc uirgo precepit duobus angelis astantib⁹ ut onere ꝓlis eã priuarẽt ⁊ filiũ uni heremite portarent per septẽ ãnos nutriendum. Cũq₃ abbatissa fuisset euigilata. inuenit se priuatã pregnatione. ⁊ aduenienti epõ cum honore cõsueto audacter occurrit. Qui repellens ea₃ cum obprobrio. dum per honestas personas de accusatione requireret. munda ⁊ absq₃ signo corruptionis est inuẽta. Qui etia₃ personaliter intuens ueritate₃. prostratus ad pedes eius ueniã postulauit. ⁊ cum moniales punire uellet acriter abbatissa ei confessa sacramentaliter. miraculum beate uirginis nunciauit. Tũc epũs scita ueritate de puero ipsum nutriuit ⁊ ad magnã sanctitatẽ ꝑduxit. Itẽ legit' in mariali magno ꝙ fuit queda₃ mulier que dedita magnis immũdiciis hoc bonũ habebat ꝙ omni die genib⁹ discoopertis angelicã salutationẽ dicebat. ⁊ quia adulterabat cum uiro cuiusdam uicine sue. illa patiẽter non ferens cognita ueritate rogabat beatam uirginẽ ut cõfunderet istã. cum ãt quadam die uir suus fuisset molest⁹ sibi ꝓpter amasiã. illa turbata accessit ad altare beate uirginis. ⁊ eã allocuta est in hunc modum. O dña carissima mater toti⁹ puritatis ⁊ mũdicie. quare nõ cõfundis istã meretricẽ que cum immũdicia aufert mihi uirũ meum. certe uel tu confundes eã uel nunꝙ diligã puritatem sicut feci. Tunc imago beate uirginis locuta est mulieri. Hec de qua loq̃ris qualib₃ die offert mihi enceniũ gratissimũ. Et iõ ꝙdiu mihi obtulerit cõfundere non possum. immo protegam eam a cõfusione ex corde. tuis etia₃ lacrimis subueniã. quia cõpunctione₃ illi tribuã ⁊ odiũ cuiuscũq₃ peccati imũdi. Cũq₃ beã uirgo õnia compleuisset iuxta promissa. ⁊ adultera se correxit ⁊ alia uirũ castum uidit. Sexto puritatem cõseruat. Legit' in mariali magno ꝙ quidã iuuenis a quadã iuuẽcula que eum corrupte amabat anulu₃ recepit in signũ amoris. Cum ãt quadã die luderẽt ad pilã ante portã ecclesie. iuuenis timẽs ne frangeret'. ingress⁹ ecclesiam cum aspexisset pulcritudinẽ beate uirginis. quadã deuotione motus

ipsam elegit in sponsam· ⁊ in signū hu ius anulum impressit in digitū btē uir ginis· Tunc imago manu cōstricta cū anulo signum cōsensus mōstrauit· qui territus socus denūciauit· ⁊ illi mone / bant eum ad religionis ingressum. sed attractus a cōcupiscētiis mūdi· p⁹ mo dicum tēpus cōtraxit cum alia· ⁊ cum de nocte ingressus fuisset lectū imago sibi apparuit anulū demonstrās· argu/ endo infidelitatē eius· Qui excitat⁹ de somno circa se palpitabat querēs ima ginem ⁊ non inueniēs eā iterum somno detentus· cum diuersis uerbis ⁊ commina tionibus reprehēsus· subito euigilat⁹ surrexit de lecto· ⁊ dimissis ōnibus ua nitatibus mundi ⁊ complacentus i he remo sue amatrici seruiuit· Item le/ gitur in mariali magno q᷑ fuit quidā miles qui diues ⁊ in bellis famosus to tus erat dedit⁹ corruptionibus femi/ narum· Et quia torneamentū debebat fieri in armandia· ad illud pergēs cum apparatu magno· in quodā castro v/ nam pulcrā iuuēculam aspiciēs eā cō cupiuit ardēter· unde uocato suo fa / mulo pecunias magnas ei tradidit· cū quib⁹ patrē ⁊ matrē ⁊ etiā iuuēculam emolliuit ad illicitū actū· Tunc paren/ tes excitati ex munere filiā tradunt fa/ mulo· ⁊ post cibū ⁊ potum miles niti/ tur surripere uirginitatem puelle Et q3 sabbatū erat· illa corde deuoto se uir/ gini cōmendauit· Cūq3 miles requisiss3 nomen suum· ac illa cum uoce flebili re spondisset q᷑ uocabat᷑ Maria· retulit miles· Cur ploras? Cui puella· Meli⁹ esset mori q̄ turpiter uiuere· nam uir/ ginitatē meā deo uouerā ⁊ iō suscepis/ sem habitū monialium cum sciam lrās nisi fuisset patris paupertas· Tūc spi/ ritus domini tetigit mentem militis et extinxit i eo omnē libidinē· ⁊ lacrima/ tus puelle respōdit· quia hic dies ē de dicatus beate uirginis honori· ⁊ nomen tuum est ei cōforme· nunc te integrā of fero sibi teste deo· si uis uenire mecum ad meas expēsas in monasteriū moni/ alium te introducā· Cum āt illa secure dormisset ⁊ in crastinū cum eo recede / ret cōfisa de adiutorio uirginis eā col locauit in monasterio ꝓmittēdo mul tas diuitias post regressum· morit᷑ mi les in torneamento. ⁊ abbatissa iuuēcu le improperat militis occisi fallax pro missum· insuper uiciū corruptele sibi i/ ponere conabat᷑· Et quia nullū solaci um humanum habere poterat subsidiū beate uirginis cum maximis lacrimis assidue postulabat· Cui apparens uir/ go bñdicta sic ait. Noli flere filia dul/ cissima. nam miles qui tibi ꝓpter me tantā exhibuit gratiā· in fine cōpunct⁹ saluatus est· ⁊ quia corp⁹ suum i loco torneamenti sepultū remāsit· dic abba tisse ut ad uestrū trāsferat cimiterium· Et in signū q᷑ locuta sum tibi cum iā sit hyems rosa pulcerrima reperiet᷑ su per sepulcrum ei⁹· ⁊ protendit radix us q3 ad cor tui dilecti Cūq3 abbatissa no luisset credere. reuelato sibi quodā pec cato occulto per puellā de mādato uir ginis contrita ⁊ cōfessa cum conuentu suo illuc uadēs signum dictum inuenit ⁊ corpus eius trāstulit ad cimiteriū su um· Septimo uirgo benedicta ad/ iuuat tribulatos· Legit᷑ enim in mari/ ali magno q᷑ fuit quidā sacerdos· qui diuiciis ⁊ uiciis plenus. in sua parro / chia habebat unū nobilē ⁊ diuitē uirū ⁊ etiam unā pauperrimā uiduā· Cūq3 ambo simul diues ⁊ uidua infirmarent᷑

uocatur sacerdos pro confessore diui/
tis qui attentus plus ad tēporalia q̄
ad spiritualia rapinas ⁊ forefacta au
dire contēnit ⁊ uolens placere circūstan
tibus amicis corpoream ⁊ eternam ui/
tam promittit. Interim uenit quidam
ex parte uidue. qui omnia sacramenta
ecclesie postulauit sed presbiter īcēdēs
placere diuiti propter allegata tempo
ralia ire ɔtēpsit tunc diaconus suꝰ pe/
riculum ɔsiderans quod sacerdoti im
minebat ex illa uidua. illo dimisso as/
sumpto corpore xp̄i ad eam peruenit.
Cumq̄ ingressus fuisset pauperculū ha
bitaculum. famule dei iacentis ī feno ⁊
in paruo stramine. assistere uidit beatā
uirginem ⁊ multa milia angeloꝝ q̄ ter
gebant uultum infirme. ⁊ ōne pietatis
officium impēdebant. ⁊ quia dyaco/
nus timebat cōfessionē audire. monitꝰ
a beata uirgine ibi. post absolutionem
corpus xp̄i extraxit de pixide btā uir/
go cum tota celesti curia ei humiliter se
prostrauit. Tādem cōmunicata uidua
⁊ datis omnibꝰ ecclesiasticis sacramen
tis felix eius anima cum tota comiti/
ua recessit. ⁊ dyaconꝰ cuꝫ magno gau
dio ad domū diuitis rediens de por/
ta. uidit catos circuire lectū diuitis cla
mantis ⁊ dicētis. Tollite catos ⁊ subue
nite misero. ⁊ cum hic dolor aliquātu/
lum permāsisset uidit ethiopem nigraꝫ
falcem accensam portantē. ⁊ cum illam
immersisset in guttur eius infelicem ani
mam secū traxit. Itē legit' in maria
li magno ꝙ fuit quidā monachus re/
ligiosus ⁊ beate uirgini multū deuotꝰ.
cui inuidēs alter monachus. quicquid
agebat calūniabat' ab eo. Et quia iste
deuotus summe timebat tonitrua. in/
super affligebat' gutta rosacea. duꝫ q̄/
dam nocte in infirmitorio iacens icte/
paret animā suā qꝛ istud miserrimum
corpus non deserebat cito. ⁊ dum sic
staret uidit quādam processionem mo
nachorum per infirmitoriū trāseuntē
⁊ accedētes ad eiꝰ lectū dixerūt Charis
sime in hoc monasterio fuimus mona
chi sicut tu. sed parū nunc a nobis di/
ligit' quia suffragia mortuorum male
soluuntur. hore indeuote dicunt'. ⁊ re/
uerentia trinitatis que summe eos ꝓte
gebat est totaliter annullata in eis Vn̄
ad Gloria pr̄i in quo recognoscit' glo
ria trinitatis in nullo īclināt. quare cū
regnemus cuꝫ xp̄o affectamꝰ reforma
tionem monasterii huius. Surgens er
go iste ut denūciaret abbati. per fene/
stram occurrere uidit beatā uirginem.
⁊ utriusq̄ infirmitatis data plena sani
tate monachoꝝ predictā uisionē con
firmauit. Octauo honorātes se ⁊ su
os dilectos honorat. Legit' in maria/
li magno ꝙ fuit quidā nobilis qui in
trans religionem cisterciensiū dū a ma
gistro sibi dato non posset lr̄as disce/
re dum perciperet meliorē esse humili/
tatem q̄ superbiā. statim cōuersionem
elegit. nec potuit plus addiscere q̄ aue
Maria. ⁊ quia hoc deuotissime ⁊ fre/
quentissime dicebat. eo mortuo ⁊ fos/
sa eius uisitaret' a quodā alio. liliū ex
ibat de capite fosse scriptum intꝰ ⁊ fo/
ris. aue Maria. Et conuocās abbateꝫ
⁊ ep̄m. dum fodissent inuenerūt lilium
de corde ad os procedēs ad extra.
Itē legit' in mariali magno. ꝙ qui/
dam clericus uicio luxurie deditꝰ intā
tum ꝙ publice esset infamis. hoc bonū
habebat ꝙ semper in die semel genua
flectebat ad orādum ⁊ laudādum uir/
ginem benedictā. Cūq̄ fuisset mortuus

⁊ de mandato archiep̄i extra cimiteriū
sepultus. uirgo beata archiep̄o appa/
ruit. reprehendēdo ꝙ de cimiterio eie/
cerat suū dilectū eo ꝙ in fine perfecte ꝯ
tritus dei mīam inuenisset. statim sur/
git ep̄s ⁊ ad sepulcrū eius accedēs inue/
nit ꝙ liliū de ore eius exibat. Itē legit᷑
in mariali magno ꝙ cum sanct⁹ Boni
cus uirgini summe deuot⁹ ecclesiā bea/
ti. Michaelis intrasset ⁊ in ea abscon/
sus pernoctaret cum lacrimis in media
nocte beata uirgo Maria cū celesti cu
ria ecclesiā intrasset. ⁊ cum missam req
reret oblatus est ei Bonic⁹. qui timēs
accedere lapis in quo sedebat se subtra
xit ab eo. Tunc coactus ad altare acce
dit ⁊ ueste nuptiali adornat᷑. Cūq̧ mi/
steria cum mirabili melodia ⁊ cantibus
fuissent cōpleta. uirgo benedicta Bo/
nico uestē mirabilē dedit. que adhuc ī
eadem ecclesia demōstrat᷑ dicens Om/
nes uenerātes ⁊ honorātes me excellēti
ori ueste ornant᷑. Itē legit᷑ in maria
li magno ꝙ fuit quidam miles senex q
deposito honore dum in religione ꝓ/
fessus cū aspiceret alios laborare qui
forte erāt nobiliores sanguine ⁊ docti
ores scientia ꝙ̄ ipse. dolebat summe. ⁊
in se cōfusus amarissime flebat ⁊ uirgi
nem rogabat ut maculā suoꝝ peccato
rum deleret. nihilomin⁹ seruiles refuta
bat honores. nec plene seruabat regule
disciplinā. Cūq̧ semel sederet in porta
⁊ laborātes de labore redirēt. uidit be
atam uirginē eis occurrere ⁊ materno a
more eos fouere. Cūq̧ āplexati essent
per eā. sic hilares uisi sunt acsi nūq̧ la/
borassent. ⁊ totaliter letātes sunt effe/
cti. Tunc ad illū senē uirgo benedicta
sic se conuertit dicēs. Ego sum laborā
tium quies. tribulatoꝝ solamē. ociosi
tatis uitatrix. Tunc ille non obstāte se
nectute laborauit fideliter. ⁊ alios ad
laborādum promouit. Itē ad idē
Legit᷑ in mariali magno ꝙ fuit qdam
uir deuotus beate Marie uirgini. ⁊ iō
ad reuerentiā sui noīs pro quinq̧ lr̄is
ibi cōtentis quinq̧ psalmos dicebat. ī
cipiens a singulis literis supradicti
nominis. Prim⁹ psalm⁹ erat Magni
ficat. Secund⁹ Ad dn̄m cum tribula/
rer clamaui. Terci⁹. Retribue. Quart⁹
In cōuertēdo. Quintus Ad te leuaui. ⁊
in fine cuiuslibet psalmi dicebat salu/
tationem beate uirginis. Cūq̧ quadā
die aliis surgentibus ille non cōparuis
set in choro. prior ad eius lectum acce/
dens discooperta eius facie inuenit ꝙ
quinq̧ flores rosaꝝ egrediebant᷑ de ea
unus de ore. duo de oculis. ⁊ duo de
naribus. Et cōuocatis aliis dum cum
magno gaudio ipsū deportassent ad
ecclesiā diligenti⁹ intuētes uiderūt ꝙ ī
illo flore q egrediebat᷑ de ore erat scri
ptum Aue Maria. ⁊ tenētes eū per. vii
dies laudauerunt uirginē benedictam
Itē ad idē. Legit᷑ ī mariali magno
ꝙ fuit quidā subdyaconus in ciuitate
Tholetana qui summe deuot⁹ erat be
ate uirgini. Cum āt in quadā solēni fe/
stiuitate ipsius in altari ministraret ꝑ/
suli. dum diceret᷑ euāgelium. uidit de/
monem in porta ecclesie ī specie symee
sedere. ⁊ rotul⁹ maximus erat ī ei⁹ dex
tera ⁊ calamus in sinistra. qui oculos
reuoluēs ad omnes exeūtes de ecclesia
rotulum scripturis īpleuit. Et dum sic
astaret ⁊ aspiceret. uidit beatā uirginē
retro altare sedētem. que a quadam sy
mea cogebat᷑ exire. Cūq̧ symea cōple/
uisset rotulū ⁊ uellet eū cum dentib⁹ ex
tendere. motus est lapis ī quo sedebat

⁊ dum caderet cum maximo strepitu ⁊
de manibus euanesceret rotul9. subdy
aconus dimisso altaris seruitio ad su
sceptionē carte accessit. Et quia hec ui/
sio uidebat᷑ tm̄ ab isto. cuꝫ hec leuitas
displicuisset ep̄o priuatus est executio
ne ordinis supradicti. Cui apparēs be
ata uirgo cōsolata est eū. ⁊ declarauit
uisionem premissam. nam symea erat
dyabolus. scriptura peccata. fum9 ex/
pellens subsidiū uirginis erat mulieruꝫ
ornatus. qui in cōfusionem meā et mei
filii portant᷑ ⁊ in signū mee displicētie
Uade ad eas ⁊ lege eis omnia peccata
earum scripta in rotulo unicuiqꝫ sua. ⁊
etiam alia que sunt secuta ex ornamen
tis uanis. Uirgo etiā apparuit episco/
po. ⁊ assignata cā illi9 leuitatis quā ui
derat eum fecit restitui ad executionem
ordinis supradicti. Itē ad idē. Le
gitur in miraculis beate uirginis ꝙ fu/
it quidā monachus qui summe deuo/
tus beate uirgini quotiēscunqꝫ nomen
eius audiebat flexis genibus ei reuerē/
tiam exhibebat. Cum āt uict9 senio ser
uitores essent sibi dati. ⁊ semel absen/
tes duꝫ monachus prostrat9 propter
reuerentiā beate uirginis. ait. Dulcissi/
ma uirgo adiuua me. Et statim affuit
ei beata uirgo cum duabus puellis. et
erigens eum ad fortitudinē iuuenis tri
ginta ānoꝝ restaurauit. Itē ad idē.
Legit᷑ in libello de miraculis btē uirgi
nis ꝙ fuit quidā cleric9 ⁊ dyacon9 fili
us regis Ungarie. sic etiā deuot9 ut an
teqꝫ comederet diceret horas ei9. Cū āt
infirmitate grauat9 uouerat beate uir/
gini ꝙ si eum curaret perpetuā castita/
tem seruaret. statim uidit cameraꝫ luce
replerā ⁊ se curatū omnino repperit at/
qꝫ sanum. Tandē morit᷑ pr̄ absqꝫ here/

de alio. ⁊ iō īducit᷑ ab amicis ne regnū
careret herede ut cōtrahat. ⁊ electa sibi
sponsa ipso contradicente. ipse et ipsa
ducunt᷑ ad ecclesiā pro bn̄dictiōis nu/
ptiarum susceptione. Et cum ambo es/
sent corā altari. recordatus iuuenis ꝙ
nondū dixerat horas beate uirginis. e
missis omnibus foras sequestrat9 ad
altare beate uirginis. dum cū maxima
deuotione diceret illā antiphonam. ꝗ
pulcra es amica mea. splendida uirgo
apparuit ei ante altare duobus assistē
tibus āgelis. ⁊ ait iuueni Si pulcra suꝫ
⁊ decora ut asseris. cur me dimittis ⁊ a
liam capis. Si enim adheres corrupti/
oni mūdo ⁊ eius uanitatibus. me ī spō
sam habere non poteris. His auditis
adolescēs clam fugiēs ab urbe. uenit a
quileiā. ⁊ super rupē heremiticaꝫ duxit
uitam. Tandē factus pr̄iarcha institu
it fieri festū cōceptionis. Item legit᷑
in miraculis beate Marie uirginis. ꝙ
dum Hildefonsus cōtra Helinduꝫ he
reticum librū fecisset ad honoreꝫ beate
uirginis. ⁊ in quolibet sabbato noueꝫ
lectiones cōposuisset dicēdas. dum in
quodā sabbato audiuisset ī ecclesia mi
rabilem armoniā. credēs ꝙ sui canoni
ci absqꝫ eo matutinas dicerēt. surgens
subito dum cum suis ad ecclesiā perue
nissent. uiderunt mirabilē claritatem et
choros angeloꝝ matutinas beate uir
ginis cantātes Et quia uirgo bn̄dicta
sedebat in cathedra archiep̄ali. finitis
matutinis Hildōfonsum ad se uocat et
cōmendat ⁊ regratiat᷑ illi de his q̄ ad
sui honorē statuerat dicēda Et ī signū
ueri amoris de thezauris sui filii casu
lam dedit sibi. cum q̄ celebraret in sab
batis ad honorē ipsius. Itē ad idē
Legit᷑ em̄ in miraculis btē Marie uir/

acquiro gēmas · teneo thezaurũ dei · sol
nõ omnes laborãtes · facio fertilitatē ·
sto contra tēpestatē · ⁊ in omni re solē
ni pro legato mittit me altissimus. Et
ideo si uis habitare mecũ renũcia mun
do ⁊ ingredere ordinē fratrũ predica/
torum · quia ibi est uerũ fundamētum
⁊ uera salus · Qui statim ad fratres ac
cedens ordinē est ingressus · Secun/
do est fragiliũ sustētatiua. Legit' in li-
de · vii · do · spiritussancti · ꝙ fuit qdam
iuuenis multũ misericors qui hñs ca/
strum in altissima rupe iuxta mare · iue
nit ꝙ uxor sua adulterabat' cum alio ·
⁊ cum uellet eã occidere illa petiuit ue/
niam ⁊ correctionē promisit ⁊ libera/
ta est · sed dñs eiecit eã de sua camera ꝑ
x · passus · Secundo addidit peccata ⁊
etiã postulãs ueniã pepercit ei domi/
nus · sed elõgauit eã a se per · xx · passus
Tercio addidit peccata ⁊ cum dñs iue
nisset ait · Fuge a me per · xxx · passus · ⁊
cum precipitiuz rupis esset infra illos
passus cadēs mortua est · Loquēdo
spũaliter iste miles misericordissimꝰ ē
xp̄s · castrum est mundꝰ · precipitiũ est
infernus · sponsa aĩa que adulterat' cũ
demone · ⁊ hoc in iuuētute ⁊ parcit' si/
bi · sed elongat' a deo per · x · passus · qꝛ
perdidit innocentiã ⁊ uirginitatē Secũ
do addidit peccata in media etate et
parcit' a deo · sed elõgatur ab eo p · xx ·
passus · quia retinet cõsuetudinem pec/
candi ⁊ iclinationē ad peccatũ · Tercio
addit peccata in senectute · ⁊ quia tunc
elongat' a deo per mortē · ⁊ ibi est trice
simus passus infra quem est precipiti
um ĩferni cadit ad damnationem eter
nam. Tercio est fugientiũ uocatiua
Legit' in ecclesiastica hystoria ꝙ duz
post mortē xp̄i quidã sacerdos ad tē
plum accederet pro ĩmolatione uacce ·
subito porte tēpli per se aperte sunt su
perliminare tēpli scissum est · ⁊ uacca q̄
debebat ĩmolari inter manꝰ sacerdotis
peperit agnũ · Tunc angeli damauerũt
Vocati estis blãdiendo · corripiendo ·
promittēdo · inspirãdo · misericordiaz
repulistis · ⁊ iõ trãseamus ab his sedi/
bus · Quarto est demonũ fugitiua.
Legit' in uitaspa · ꝙ cum quidã flagi/
tiosus peccator declinãs a peccatis et
conuertens se ad dominũ inclusisset se ĩ
quodã sepulcro ut ibi penitētiaz age/
ret · demones eũ retrahere uolētes · p̄io
blãdiciis · ⁊ postea promissionibꝰ · cuz
nihil sic proficerēt · addiderũt flagella
Tunc lumen de celis descēdit missuz a
mia dei · que demones fugãs penitentē
confirmauit in bono · Quinto ē dã/
nationis liberatiua · Legit' in uitaspa ·
ꝙ quidã habēs sororē carnalē meretri
cem ad eã in egyptũ accessit · eo ꝙ esset
multis cã dãnationis · Que cum audi
ret eũ uenientē · occurrit ei · relictis õni/
bus amatoribus suis · nudata capite ⁊
discalciata uolens amplexari eũ requi
rens si mia dei locũ haberet in ea · Tũc
ille · soror sic · quãtum castrum est ma/
gis munitũ ⁊ rebelle · tãto est gaudium
maius in captione · Quãto fera est ma/
gis siluestris · tãto de ea fit maiꝰ festuz
in curia regis · Quãto morbus est gra/
uior ⁊ dsperatior · tãto medicꝰ ē magis
gaudens si per eũ curat' · Quãto filiꝰ a
patre recessit longius · tanto letantiꝰ re
cipit redeuntē · Quãto filiꝰ magis pro

funde in luto cecidit· tāto citius mater
succurrit· Et idō ueni ⁊ sequere me· Sed
prius uade uelare caput tuū ⁊ calceare
pedes tuos· Que redire nolens ne inue/
niret occasionē peccati· ne male hoīes
edificarentur· misit eā per aliam uiam·
Et cum repperisset eā mortuaȝ ⁊ pedes
eius plenos spinis ⁊ fleret iuxta eā· ui/
dit lucē mirabilē· ⁊ reuelatū ē ei ꝙ mi/
sericordia presentasset ei⁹ penitentiam
corā deo· ⁊ deus propter feruorē queȝ
habuerat acceptauerat· ⁊ remiserat si/
bi plenarie mala sua. Itē refert san/
ctus Ozymas ꝙ fuit quedaȝ mulier in
egypto Maria egyptiaca noīe· q̄ cuȝ
xii. esset annoꝝ· relictis parentibus A/
lexandriā uenit· ⁊ ibi omni uoluptati·
iocis· ebrietati. ⁊ libidini se dedit· ⁊ in/
tantum fuit laqueis dyaboli ⁊ peccatis
exposita· ut dum uideret homines ad
portū currere pro hierosolimitana pe/
regrinatione· iuuenes· senes· clericos et
laycos omnes ad perditionem trahe/
bat. Cum āt omnib⁹ sordibus se daret
ut melius posset seruire dyabolo· cir/
ca partes hierosolimitanas peruenit·
⁊ per· xvii· ānos omnes illas adiacen/
tes uillas dyabolo acquirebat· Tādē
in die crucis curiosius ornata ut homi
nes in ecclesia existētes posset ad libidi
nem prouocare· ad ecclesiam uenit· Et
dum frequenter uellet intrare repelleba
tur a uirtute diuina· Tunc cogitās sua
peccata ad angulū se trahēs· flere uber
rime incepit· Et quia de illo loco po/
terat uidere imaginē btē Marie uirgi/
nis· spopōdit ꝙ si sua pietas ⁊ miseri/
cordia uellet pro ea fideiubere· nunq̄
ad feditatē peccatoꝝ rediret· ⁊ cuȝ diu
fleuisset sumpta fiducia sine difficulta
te intrauit ⁊ crucē adorauit· Et dū flē
do staret corā altari beate uirginis ap
paruit domicella dans uelū ⁊ ait. Ego
sum mia ⁊ induo te uelo grē dei· et ul/
tra iordanē erit tibi sal⁹· Cūq; illa die
trib⁹ denariis datis amore dei emisset
tres panes· ingressa est desertū qd̄ erat
ultra iordanē. ⁊ per· xvii. ānos uerbū
dei fuit uestimentū alimentū ⁊ documē
tum· Vn̄ dum sanct⁹ Ozymas illd̄ de
sertum fuisset ingressus· uidit eam ele/
uatam a terra cum splēdore intenso. et
tunc cōclusit quanta erat uirtus diuine
mie que hanc peccatricē sic subleuaue/
rat in amore· Sexto est indulgentie
apportatiua· Legit̄ in uitaspa· ꝙ qui/
dam heremita impugnatus a peccato
immūdicie uenit ad quādam ciuitateȝ
egypti· ⁊ ibi uidēs filiā sacerdotis ydo
lorum adamauit eā· ⁊ petiuit a prē ut
eam sibi daret uxorē· Qui requirēs cō
siliū demonis loquētis ī ydolo· dixit
ꝙ nullo mō daret eā sibi nisi baptismū
⁊ deū negaret Qui cū fecissȝ sacerdos ui
dit colūbā de ore eius egredientē· Et cū
adhuc nollet eā sibi dare nisi iteꝝ habi
ta collocutione demonis· cum interro/
gasset demonē· respōdit· Deus xpiano
rum summe misericors est· ⁊ ipsi negāt
eum· ipse āt non negat eos. sed in om/
ni tribulatione ⁊ in ōni dolore semper
eis assistit· ⁊ idō licet negauerit eum· cō/
sulo ut nullo modo des eā sibi· Qd̄ ille
audiēs cōpūct⁹ ⁊ reuers⁹ ad cor suuȝ·
rediit ad heremū ⁊ cōfessus est cuidam
seni· qui iniūgēs sibi ebdomadā ieiuni
orum· dum illā cōplesset uidit colum/
bam super eū uolitantē· Cum āt secun/
dam iniūxisset appropinquauit colū/
ba· sed in tertia os ei⁹ intrauit. Se/
ptimo est in periculis protectiua· Re/
fert Heluād⁹ ꝙ regina ethiopie misit

pictorem qui Alexādri figurā impinge ret in tabula. Cum āt filius regine ab A/ lexandro subsidiū postulasset. et ipe cū militibus in similitudinem pricipis A/ lexandri in adiutoriū postulasset. ha/ bita victoria dux regina ethiopie ostē deret sibi ōnia sua pallacia et deuenis/ sent ad camerā in qua erat eius pictu/ ra. cognitus q esset Alexander. qui ti/ mens ait regina. Noli timere quia faci am misericordiā tecū sicut tu fecisti cū filio meo. Loquēdo spūaliter hec re/ gina est mīa. filius suus pauper. diues alexāder. sed maior filius volēs inter/ ficere diuitē. est iusticia dei. Octauo est amantiū honoratiua. Legit q fuit in egypto quidā diues q nolebat par/ cere suo inimico propter cōfidentiam cuiusdam latronis qui ei erat adiutor Tunc rogauit latronē quidā sanctus ut propter reuerētiam dei pacē haberet. Qui acquiescēs cōfirmata est pax. Et cum abbas rogasset pro latrone. et la/ tro et ipsi rapti sunt ad dei iudiciū. et discussa est uita et actus latronis. et ostē sa est ei sua dānatio. Tunc cum sanctus cui pacē cōcesserat rogaret deū pro isto dictum est ei a dño. Licet dānatio eter na debeat induci super istū. quia tamē misericorditer egit mīam consequetur. Et tunc ad se rediēs emendādo uitam misericordiā est consecutus. Itē refert Cesarius q in theuthonia fuit quidā miles qui patrē alterius casualiter inter fecit. Cum āt filius occisorē cepisset et extracto gladio uellet iterficere. ille ad pedes eius prostratus ait. Rogo uos domine amore crucifixi qui misertus est mundo ut misereamini mei. Quibus uer bis ille cōpunctus hominē illum leua/ uit. et propter reuerētiā crucifixi nō so lum culpā remisit sed et osculatus est eū. Tandē ille trāsiens mare. dum ecclesiā sepulcri domini intrasset cum pluribus. ecce imago crucifixi illi satis profunde inclinauit. Et quia non poterat discer ni cui inclinaret. dum singillatim itrasset quilibet. huic tm̄ est iclinatio facta. Et cum cām interrogasset. dixit supra dictam. Itē ad idē. Refert Jacobus de uitriaco q fuit quidā miles q hñs unicū filiū duxit eū ad pratū qd falca batur. Cum āt paruulus in herba dor miret. unus de falcatoribus falcē exten dens ignorāter puerū interfecit. Quod audiens pater dolens et eiulās filiū se peliuit. Cum āt ī die parasceues nudis pedibus ecclesiā uisitaret. uenit ei obui am homicida funē hñs in collo flexis genibus. fusis lacrimis. manibus uīctis et ait. Domine pro illo qui hodie mortē suam indulsit. supplico ut mortem filii uestri quem ignorās interfeci indulge/ atis mihi. Qui statim ei indulsit. Cum autem ingressus fuisset ecclesiam indul tor et ad osculādum crucē uenisset. ima/ go crucifixi clauis affixa plicauit ma/ nus. et āplexata et deosculata est eū.

De missa.

Missa multa bona inducit ī no/ bis. Primo est hostiū supera/ tiua. Legit q comes pictauē sis consuetus erat deuotissime missam audire. nec propter aliquā necessitatē nolebat interrūpere. Quadam uero die dum missam audiret. ab inimicis capi talibus quodā loco extitit exploratus. Et dum sui suaderēt ut recederet et fu/ geret. noluit. sed missam iuxta suā con suetudinem integre audiuit. Celebrata missa cum non esset nisi cum decē soci is adiuuāte luce celesti hostes deuicit et

uinculauit multos. Secūdō est mor
tis liberatiua Legit' in li. de. vii. donis
spūssancti. q fuit quidā miles qui ha/
bens armigerū bonum 7 sanctū. accu/
satus ē per emulos q nimis erat fami/
liaris uxori militis. Et quia miles ha/
bebat furnū tegulaꝝ 7 uitri in nemore
misit litterā de cōsensu emuli 7 eo con/
sulente ad rectorē furnoꝝ ut in furnū
ponerent primum qui de hospitio suo
ad eos ueniret. Tādem missa litera sum
mo mane armiger accusatus mittit'. sed
in uia declinauit sicut semper consueue
rat. 7 missam audiuit. Tandem emulus
uolens scire an preceptū domini eēt cō
pletum de licētia militis illuc accessit.
Et quia iste fuit prim⁹ 7 preuenit aliū
missus est in fornacē 7 cōbustus ē. ali⁹
uero ignoscens audita missa ultimo ue
niens saluatus est. Et rector furni per
eū dn̄o mādauit rem gestā. qui uidēs
iudiciū dei super mortuū laudauit de
um. 7 postea multū dilexit armigerum

Tercio missa est audiētium honora
tiua. Legit' enim q quondā fuit qui/
dam miles qui tantā 7 tam magnā de
uotionem habebat ad missam q pro
quacūq re temporali nolebat omitte/
re auditionē eius Cum āt quadā die
quidā amicus suus obsessus in quodā
castro peteret eius auxiliū. iste cū om/
nibus suis uenit in adiutorium eius 7
dum trāsiret per quoddā nemus audi
uit cāpanam pulsari pro missa. decli/
nans a societate illuc perrexit. 7 inuenit
quādam domū religiosorū. descendēs
de equo 7 depositis armis inuenit sa/
cerdotē dicentē Cōfiteor. Cum aūt de/
uote missam audiret 7 sacerdos in ele/
uatione esset. audiuit miles uehemētis/
simos ictus fieri in clipeo suo. Cum āt
nec propter hoc uellet exire. dū actu fi
ebat eleuatio uehemētiores ictus audi
uit. Qui perseuerās usq ad finē audi/
ta tota missa equū ascēdit 7 assumpsit
clipeū cōquassatū 7 pergebat uers⁹ ca/
strum obsessum. Tunc eūdo intra se di
cebat. bene reputabūt te tui timidum 7
coardum. nam non credunt q pro au/
ditione misse remāseris sed pro timo/
re. habito ergo secū cōsilio ad quēdā
consanguineū suum qui fuerat in plio
secrete uenit. 7 interrogat quid dixerūt
ceteri milites de eo. Qui respōdit. Dn̄e
tam milites q̄ ōnes alii una uoce dixe
runt hodie q in mūdo nō est miles tā
te probitatis sicut uos estis. Apparue/
rat enim quidā miles cū armis 7 equo
prefati militis 7 signo eius. 7 castrum
ceperat 7 ōnes debellauerat. 7 sine uul/
nere exuerat. Cūq iste stupefactus ad
alios milites accessisset oēs dixerūt sibi
q nemo tantā gloriā habuerat unq̄ de
uno facto sicut ipse illo die habuisset.
Tandē iste agnoscens miraculū cum fi
ducia accessit ad principē pro cui⁹ ad
iutorio uenerat. 7 rogādo eum ꝓ pace
7 mīa captiuoꝝ cōcessit. Et dū perue
nisset ad dominū castri captū 7 ad om
nes homines eius dixerunt. Tu domi
ne cepisti nos ōnes ita honeste q nul/
lum penit⁹ uulnerasti. idcirco sum⁹ im
perpetuū serui tui. Et quicquid de pa/
ce facere uolueris. parati sumus firmi/
ter obseruare. Facta igit' pace 7 confir
mata. in presentia omniū militum mi/
les narrat ueritatē. potius uolens dei
gloriā q̄ suum honorē. Qui ōnes au/
dientes magnificauerunt deū. Item
ad idē. Fuit quidā qui tantā deuotio
nem habebat ad missam q nunq̄ fuit
dies qui saltē unā missā uellet audire.

Cum āt semel nauigaret per mare ꝛ ac/
cepta terra iste ascendisset ꝛ uidissꝫ ibi
ꝓpe unā ecclesiā· illuc pergens inuenit
ꝙ sacerdos missam incipiebat dicere·
Et cum ille missam audiret eleuatis ue
lis·ꝛ illo relicto naute nauigare cepe/
runt· Cui compatiebant᷑ summe socii·
eo ꝙ solus ꝛ in terra aliena erat relic/
tus audita missa· dum nauem recessis/
se uidisset patienter portauit Et dum
regressus fuisset ad ecclesiam ꝛ cōme/
disset paruꝫ de pane· a sacerdote dato
aliquāculum obdormiuit· et post som
nium inuenit se in patria sua et in do/
mo propria cum omnibus mercationi
bus et rebus suis q̄ erant in naui·et q̄s
emerat ultra mare. Et cum post mul/
tos dies uenissent socii sustētatis mul
tis periculis. eum uidētes laudauerunt
deum excelsum· Quarto est penarū
diminutiua. Legit᷑ ꝙ fuit quidam ad
missam audiendā deuotissimus·ꝛ si de
cem uel uiginti posset audire in die au
diebat libenter· Cum āt requireret᷑ que
esset causa·respōdit· Uos alii dicit ꝙ
nihil tātū ualꝫ ad diminutōeꝫ pene pur
gatorii sicut audire missam · Si ergo
ualet eis qui eā non audiūt· ꝛ cum sim
dignus ex peccatis meis multis penis
purgatorii· uolo ponere in theꝫauro
dei aliquas in subsidiū ꝛ remediuꝫ mei
doloris· Quinto est ditatiua. Legi
tur ꝙ fuit quidā miles qui ad tantam
paupertatē uenerat ꝙ nihil habebat in
quo filiū unicū quem habebat heredē
constitueret· sed uocato eo dum uellet
mori dixit sibi·Fili tria tibi precipio
custodiēda ad hoc ut in diuitiis sum
me abundes·Primū est ut missaꝫ quo
libet die audias ꝛ legē dei non frāgas
Secundū est ut cum nullo hoīe cōten/
das·Tercium est ut dño fideliter assi/
stas· Cum aūt ille fideliter adimpleret
omnia ꝛ quadā die ex inductione cu/
iusdam emuli· precipit᷑ sibi res īpossi/
bilis· s·ut in profundū maris descēde/
ret ꝛ ueniret ad narrādum quid ibi eēt
alioquin ī furno calcis cōbureret᷑· Sta
tim ille ex utraꝗ parte uisa sibi morte
parata cōfessus est· missam integre au
diuit ꝛ cōmunicauit·ꝛ dū reciperet cor
pus xp̄i sic ait· Domine Jhesu xp̄e q̄
indifferēter saluas in mari ꝛ ī terra·at
tende ad insidiatores aīe mee. nā mihi
melius est ut exponaꝫ me tue mīe q̄ ꝙ
isti iniuste proicerēt me in fornacē ar
dētem·Et quia saccus plenꝰ auro erat
proiectus a dño intrās mare saccuꝫ re
portauit·ꝛ ipse sine lesione exiuit· Tūc
princeps uiso miraculo emulos in for
nacem ardentē proiecit· ꝛ istū honori/
bus ꝛ diuitiis exaltauit· Sexto ē in
necessitate adiuuatiua· Refert Gregor·
ꝙ cum quidā nauta in mari naufragi/
um passus fuisset· ꝛ quidam sacerdos
credēs eum esse mortuū hostiā immo/
lasset pro eo·dum cruciaret᷑ fame ī ma
ri·uenit ad eū quidam ꝛ obtulit panē
pulcerrimū· Qui cum comedisset ꝛ con
fortatus fuisset aduenit nauis ꝛ recep/
tus est in ea· Jnuentū est enī ꝙ illa ho
ra panem recepit qua sacerdos pro eo
hostiā immolauit· Ad idē potest indu
ci illud exēplum de illo qui fuit oppres
sus in mineria argentea·

De morte·

Mors debet timeri propter mul
tas narrationes· Primo pro/
pter status incertitudinē. Legi
tur in uitaspa· ꝙ dum multi uenissent
ad Arseniū eo ꝙ mortuus esset ꝛ uide/
runt eum flentē·dixerunt qui conuenerāt

In ueritate ⁊ tu times mortē Quib9 pr
In ueritate mortē timeo· ſꝫ iſte timor
ſemper fuit in me· eo ꝙ moriēs deſtitu
itur a ſua fortitudine·a ſua pulcritudi
ne·⁊ a ſua iuuētute·ſed non ē timor de
ficiens ſed perficiēs· Secūdo timen/
da eſt propter paſſus artitudinē· Re/
fert Gregori9 ꝙ cum fratri Antbonio
deus mādaſſet ut eſſet parat9 q2 mors
mittebat' ſibi·reſpōdit· Inducias pe/
to quia ſumpt9 non babeo· Tunc āge
lus·Licet mors timeri debeat eo ꝙ eti/
am perfecti eā timent. tu timere nō de/
bes· Si de peccatis agit' dimiſſa ſunt
tibi·ſi de ſpe beatitudinis gloria dabi
tur a deo· Tercio timenda ē ꝑpter
receptoꝝ prōptitudinē· Legit' in li. de
vii. do·ſpūſſan. ꝙ quidā priceps de/
dit optionē cuidā militi ſuo qui cū a/
lio magno babebat queſtionē ut dige
ret iuſtū iudicē·Tunc ille· Eligo mor/
tem pro iudice· Nam apud illā nō eſt
perſonarū acceptio· non parcit mino/
ribus·non timet maiores·ōnes capita
li ſentencia dānat. Quod ille audiēs fe
cit iudiciū ei· Itē ad idē· Legitur in
li·de·vii·do·ſpūſſan. ꝙ quidam dedi
tus bonoribus ⁊ diuitiis dum ꝑpter
predicationē ⁊ ammonitionem cuiuſ/
dam ſancti uiri ſemel iſte ſcelerat9 fuit
poſitus in raptu·⁊ uidebat' ſibi ꝙ eſſꝫ
in quodā pōte ſtrictiſſimo·⁊ dum iſe/
queret' a quodā inimico ſuo uelociſſi/
mo euaginato gladio·dum eſſet in me
dio pōtis·pontē preſcindit ad pedes
fugientis·Qui dum rueret in ignē ⁊ ſul
pbureū fluuiū affuit ei quedā domicel
la cum uirga·⁊ eā extendēs eleuauit eū
Tunc ille· Ubi ſum domina? quis eſt·
iſte pons? quis eſt iſte inimicus? ⁊ que
eſtis uos? Reſpōdit illa. Ego ſum pe
nitentia. ⁊ uirga extēſa eſt crux xpi· in
uirtute cuius peccatores ſaluo· Pons
iſte eſt uita· Sed inimicus uelociſſim9
eſt mors· ad quem non ſoluꝫ uelociter
curritis·ſꝫ ipa īceſſanter currit ad uos
Ille ergo ad ſe rediēs in magna peni/
tentia emendauit uitā ſuā· Quarto
timēda eſt mors propter accuſantium
multitudinē. Legit' in uita beati Iobā
nis elemoſinarii ꝙ dum quidā amicus
ſuus moreret'·uidit quādam multitu/
dinem aduocatoꝝ uenientiū ad iudici
um·Cūqꝫ fuiſſent interrogati qui eēnt
⁊ quo irent·reſpōderunt· Hic eſt gula·
luxuria·auaricia·ira·inuidia· accidia·
detractio·ſuperbia que ueniūt ad iu/
dicium ut arguāt cōtra iſtum·ut poſſi
mus eum dānare· Cūqꝫ uidiſſet bonos
angelos in dextra eius· letatus ē·eo ꝙ
audiuit in morte angeli demones pec/
cata cōſciētia accuſans malū·ſꝫ iuſtū ē
ſi iſta tria uolunt dānare angeli euꝫ ꝓ/
tegunt ex operibus iuſtis· Quinto
eſt bonoꝝ ſubtractiua· Refert Iohan
nes elemoſinari9 ꝙ in imperio cōſtan/
tinopolitano fuit ſtatutū ut coronato
imperatore ueniebāt magiſtri ſepulcro
rum ⁊ offerebāt ei quatuor pecias mar
moris diuerſoꝝ coloꝝ dicentes· Iube
de quo iſtoꝝ uis fieri tuū ſepulcrū· q2
mors iuuenibus eſt in inſidiis. ſenib9 ī
ianuis·cōtinue morimur· ⁊ mors uni/
ta eſt nobis·Cum ergo uita tua ſit tan
ꝙ̄ lucerna ad uentū ⁊ tanꝙ̄ uas uitreū
dic per quem modū edificabimus·

Item ad idē· Legit' ꝙ dum Alexan
der nauigaret circa fluuiū cuiuſdā flu/
minis ut ueniret ad originē eius· qdaꝫ
ſenex apparens ei de rupe ſua fecit greſ
ſum·⁊ cum dediſſet ei lapidē precioſuꝫ
qui poſitus in corona precellebat oēs

sed positus in terra uilior erat omnibus dixit. Ex isto lapide cognosce teipsuz Nam quamdiu homo uiuit homines diuitias et bona habet. sed mortuus omnia perdit.

Item legitur in de. vii. do. spiritus sancti. quod dum quidam flagitiosus nollet facere aliquam penitentiam propter Alexandruz dedit sibi anulum diuersorum colorum et ait Saltim hoc fac quandocumque ponis anulum in manu consideres quattuor que sunt in morte. Statum. quia nescit homo in quo statu morietur. Item locum. quia nescit utrum in mari uel in terra. Tempus. quia uel in iuuentute uel in senectute. Et modum quia nescit homo si morietur pauper uel diues. subito uel non subito. Tunc ille sum me affligebatur rediens omnem penitentiaz elegit. Item ad idem. Cum quidaz mercator solus iret ad forum et equitaret azinum. conuenerunt quattuor mercatores leccatores ut subtraherent eum sibi. unde ei se coniungentes dum in uerbis euz tenerent. duo eleuauerunt eum et duo subtraxerunt sibi azinum. Et dum diuertissent cum azino ceteri tenentes in lutum proiecerunt eum. Azinus est corpus. leccatores elementa. equitans est anima. auferunt ergo omnem pulcritudinem omne bonum. et tandem in lutum proiciunt animam.

Item ad idem. Dicitur quod quidam miles fuit qui duxit uitam ualde uoluptuosam. dum autem quadam die quam equitando expenderat fatigatus ad quoddam pratuz delectabile uenisset. ait scutifero Dicuolo quiescere. et nolo quod me excites quousque ego per meipsum excitatus fuero Cum ergo fortius obdormiret. uidit per somnium unum militem inermem et debilem ac impotentem descendisse de equo. ex una parte scilicet dextera habebat sex iuuenes pulcerrimos candidissimos aspectui gratos. Ex parte uero sinistra tres nigros aspectui ingratos. qui concitantes sex primos dixerunt. Preliemur ad inuicem cuius sit iste miles. Sex uero respondentes dixerunt. Cum simus iuuenes et ad prelium indocti. uos uero experti et ad bella fortissimi. timemus perdere militem pariter et uitam. Tres uero eis respondentes dixerunt. Cum sitis sex et nos tres. preliemur duo contra unum. Si autem nolueritis esse confusione digni. Qui consentientes ad inuicem duo contra unuz preliati sunt. tres uero sex primos turpiter deiecerunt. Et ideo cum uellent militem quem lucrati fuerant accipere. fuit miles hoc somnians excitatus et ait scutifero. Ubi sum ego? Qui ait. in loco bono et securo. Que inquit hora? respondit. media nox. Surgamus inquit quia magna sum negocia tractaturus. Alter uero ait. Iam sumus in optimo loco et cum sit nox. nescimus quo uadamus. Omnino inquit oportet nos recedere. Et equitantes ad pedem cuiusdam montis deuenerunt. Cumque ascendissent inuenerunt quandam heremum et cellam cuiusdaz senis heremite. Et intrantes postulabat miles ut uisum somnium exponeret. Qui exponens ait. Miles qui descenderat de equo suo inermis et impotens es tu. qui descendens de equo gratie et innocentie baptismalis dormiuisti in prato carnalis complacentie et uoluptatis. Sex iuuenes qui a parte dextra erant. sunt pulcritudo. sanitas. fortitudo. iuuentus. diuitie. et spes longe uite. Tres uero qui a parte sinistra sunt. sunt infirmitas. antiquitas. et mors. qui preliantes aduersus priores. deuicunt. Infirmitas enim deicit pulcritudinem et sanitatem. antiquitas fortitudinem et iuuentutem. mors diuitias et spem

longe uite. Tu inquit heremita adver/
te ne isti tres una dieꝝ prelient᷑ in te cõ
tra sex primos ⁊ moriaris morte eter/
na. Qui ait. nimis dormiui. ⁊ relinquẽs
diuitias ⁊ seculũ egit penitentiã in illo
monte. de quo ad montem paradisi
peruenit.

Orare pro mortuis.

Orandum est pro mortuis ꝓ/
pter multa. Primo ne contra
nos clament. Refert Cesari⁹ ꝙ
fuit quidã miles qui rapinas. incẽdia,
adulteria. incestus. ⁊ periuria exercens.
multis multotiens apparuit. ⁊ speciali
ter cuidaꝫ filie sue quam adulterando
genuerat. Et cum nec per crucis signuꝫ
nec per gladiũ fugari posset. habituꝫ ẽ
consiliũ ab archiepiscopo ut de aqua
lotionis clauoꝝ xpi aspergeretur do/
mus. ⁊ ꝙ misse ⁊ orõnes dicerent᷑ pro
eo. Quod cum factũ fuisset nũꝗ post
ea apparuit. Itẽ refert Cesari⁹ ꝙ cũ
frater quidã moreret᷑. circũstantes iter/
rumpendo psalmodiã ei detrahebant.
ipse ãt reuiuiscens ⁊ oculos concutien/
do ait. Parcat uobis de⁹. quia detra/
xistis ueritati. naꝫ maximũ impedimẽ
tum generastis in me. quia cuꝫ a uobis
⁊ dyabolo uno tẽpore fuerim accusa/
tus. nesciebã cui prius respõderẽ. Et si
in articulo mortis aliquis uestrũ fuis/
set. non detractioni sed cõpassioni ua/
carẽ. Secũdo ut nos honorẽt. Legi
tur ꝙ fuit quidã sacerdos qui ex de/
uotione quã habebat ad mortuos q̃si
continue missam celebrabat pro mor/
tuis. Volens ãt deus ostẽdere ꝗ gra/
tum suum obsequiũ haberet. contigit
ut quadam die missam pro ipsis cele/
braret ⁊ ɔpleta diceret. Requiescant in
pace. omnes anime ĩ cimiterio respon/
derunt Amen. Item ad ideꝫ Fuit q
dam Nicolaus noĩe qui ex deuotione
magna quã habebat ad mortuos quo
tidie dicebat officiuꝫ defunctorũ ⁊ dũ
q̃dam die dictis matutinis diceret lau
des ⁊ exprimeret illum uersum Exulta
bunt sancti in gloria surrexerunt mor/
tui omnes de sepulcris cũctis uidenti/
bus ⁊ dixerunt. Letabunt᷑ in cubilib⁹
suis. Tercio ut pro nobis orẽt. Le/
gitur ꝙ fuit quidã miles tãte deuotio/
nis ad mortuos. ꝙ quotienscũꝗ trãsi
bat iuxta cimiteriũ equitãdo. descẽde/
bat ⁊ flexis genib⁹ orãdo dicebat. De
us propici⁹ esto animabus istoꝝ hic
sepultoꝝ. ⁊ absolue eas ab õnibus pec
catis ⁊ penis. Cum ãt quadã die inseq̃
retur ab inimicis nec haberet refugiuꝫ
nisi ecclesiã. dum trãsiret per cimiteriuꝫ
omnes mortui surrexerunt cum armis
lucidissimis circũcingentes cimiterium
⁊ territi hostes ꝓstrati sunt. ⁊ uiso mi/
raculo honorãtes militẽ. pacem ⁊ ami
ciciam uoluerunt de eo. Iteꝫ ad idẽ
Fuit quidã sacerdos in basconia qui
post apostolos summã deuotionẽ ha
bebat ad mortuos Et iõ monebat po
pulum sue parrochie in die dñico ut in
die lune ĩteressent absolutiõi defuncto
rum. Cum ãt hoc per aliquas septima
nas tenuisset. ⁊ magna multitudo ibi
ueniret. dum quadã die missa celebra/
ta exuta casula intrasset cimiteriũ cum
aspersorio aquã largiẽs benedictaꝫ. a
perta sunt õnia sepulcra ⁊ corpora de
functorũ extensis manib⁹ aquam bene
dictam recipiebãt Cum ãt hoc miracu
lum denũciatũ fuisset epo. ⁊ ille ecclesia
stica fide probasset de die lune ⁊ nõ de
alio die septimane. reuelatum est sibi a
spũsancto ꝙ illa dies erat fidelib⁹ ani

mabus dedicata. Et iō in illa prouincia statutū fuit. ⁊ nunc tenet per totuȝ mundum ut in die lune cimiterium absoluat᷑ ⁊ missē pro mortuis celebrent᷑.

De muliere.

Mlier multas pulcras ⁊ laudabiles cōditiones habet. Prio est sponsi sui dilectiua. Refert Jacobus de uitriaco. ꝙ fuit quedam mulier habēs maritū qui tenebat amasiam. dum correxisset eum frequenter ⁊ nihil profecisset. uir uolēs ire ad nūdinas uxoreȝ interrogat si aliquid uellet habere de eis. respōdit ipsa. ita. ⁊ unaȝ oblatā de sensu apporteris uobiscū mihi in bursa uestra. Qui uadens ⁊ dū audiuisset famā cuiusdā sapiētis. ad euȝ accessit. ⁊ narrauit sibi dictuȝ uxoris. Tunc sapiēs. Ego non uendaȝ tibi sed dabo. Tu mutabis habitū ⁊ denudatus accedes ad domuȝ amasie. ⁊ dices ꝙ omnia perdidisti. interim accedens ad uxorē ⁊ uiliori habitu similia dices. ⁊ apud quam maiorē fidelitatē inuenies hāc tene. Quo facto amasia noluit eā recipere. sed tota nocte diuulgauit. ⁊ sicut canis ɔtra eū latrauit Uxor uero bene cepit eum. dedit uesteȝ. fecit prādium. ⁊ cōsolata est eū dicēs. quia habebat aliqua bona que ipse nesciebat. Tunc cum uenissent trocelli ⁊ mercimonia empta per eū mirabat᷑ uxor. Cui ille. Jn bursa cordis mei portaui tibi sensum de quo me rogaueras. ⁊ cognosco ꝙ uere diligit uxor bona. Secundo mulier est pacis prouocatiua. Refert Cesari⁹ ꝙ fuit quidā miles qui subripiebat bona cuiusdā monasterii. Cum āt reprehēsus ab abbate. ille diceret sua esse. dixit ei abbas. Si in ueritate qua es xpianus tu dicas illa eē tua relinquo ea. Si autem sunt monasterii. uolo illa. Cum āt miles dixisset ꝙ sua erant ⁊ uenisset ad uxorē suā sanctā et bonaȝ illa eo uiso clamauit. Recede a me pabulū inferni. fili⁹ mortis. qꝛ non pacem sed guerrā perpetuā acquisiuisti tibi. Tunc miles cōpunctus redit ad abbatem. ⁊ restitutis bonis ⁊ confesso peccato penitētiā recepit. Cumq̧ redisset ad uxorē ⁊ ipsa optime cepisset eū dixit. Frater karissime sicut hō peccādo facit guerrā cum deo. sic ad cōcordiam reducēdo illos qui discordiā habent. Tercio mulier est immūdicie oditiua. Refert Jacob⁹ de uitri. ꝙ fuit quidā miles qui habēs uxorē pulcerrimam ⁊ honestā que ab alio milite concupiscēbat᷑ affectu inordinato. ⁊ ut haberet liberiorē uiā uidēdi eā mirabiles curiositates uiro domine faciebat Quō agnoscens dña. nec sibi nec cuicūq̧ alteri uolebat ostēdere. Que cum reprehenderetur a uiro eo ꝙ nolebat occurrere illi militi qui ostēdebat signa amoris. Respondit domina. Cras ostendā uobis quātum diligit uos Et cū in crastinum gratāter recepisset eū statī cognouit maritus dñe ꝙ propter eā ⁊ nō ꝓpter eum ueniret. Item refert Jacobus de uitri. ꝙ fuerunt tres mulieres q̄ colloquētes de miseriis mūdi. pria dixit ꝙ perniciosum factum est adherere immundicie. si cōsideremus feditatē quā mulier habet in concipiendo. grauitatem quam habet in portādo. afflictiones quas habet nutriēdo. infernus ē. ⁊ non uita. Secūda dixit. Alius dolor debet cōsiderari in uanitate mundi. nā comedit ad alienā sitim. dormit ad alienū somnū uigilat quādo deberet dormire non audet loqui non audet orare

sẽp laborat· sẽp timet uel de morte ui/
ri uel filioꝝ· Et iõ uidet᷑ mibi ꝙ sit pe
ior ꝙ̃ infern⁹· Tercia dixit· Unũ malũ
pessimum est ibi ꝙ non ordinãt ad de
um suos labores· ⁊ tunc uouẽtes casti
tatem in magna mẽdicia seruirẽt xp̃o

Quarto est orõnis cõtinuatiua· Re
fert Jacob⁹ de uitriaco· ꝙ fuit quedã
mulier summe deuota ⁊ orõni multum
insistens· Cum ãt mortuo uiro reman/
sisset multis debitis obligata· quia in
sua camera babebat imaginẽ crucifixi
accipiebat anulũ in quo erat Aue Ma
ria ⁊ dicebat· Dñe Jbesu xp̃e amator
castitatis ⁊ integritatis· desponso uos
in sponsum eternuꝫ. Cum ãt creditores
ueniebãt accedens ad imaginem crucifi
xi dicebat ad eũ. Dñe exquo estis ma/
ritus meus ueniatis mecũ· iuuate me ĩ
debitis meis· ⁊ ex uirtute xp̃i fuit secu/
tum istud· ut remitterẽt maiorẽ parteꝫ
debiti· ⁊ aliã ad uoluntatẽ domine ꝓ/
longarent· Quinto est bonitatis con
seruatiua· Refert Jacob⁹ de uitriaco·
ꝙ fuit quedaꝫ mulier que accedens ad
sermones de dictis ibi utiliter cõserua
bat· Cum ãt semel cõmendaret sermo/
nes· ⁊ unus despiciẽdo interrogaret eã
quid retinuisset de eis respondit ipsa·
quatuor· Primũ est odire peccatũ· Se
cundum penitẽtiam agendo plus dili/
gere deũ· Terciũ preparare me ad iudi
cium· Quartũ libentius comedẽdo pa
nem ⁊ aquã fugere infernũ· Sexto ẽ
bospitioꝝ reformatiua· Legit᷑ in mi/
raculis beate uirginis ꝙ cuꝫ quidã mi
les uanitatib⁹ dedit⁹ cõsumpsisset om
nia bona sua· ⁊ demõ sibi apparuisset
⁊ diuitias promisisset si uxorẽ suam si
bi adduceret· ille acquiescẽs dum eã du
xisset ⁊ ingressi fuissent quoddaꝫ nem⁹
in quo erat oratorium beate uirginis·
dum miles iuisset pro demone· illa in/
gredit᷑ oratoriuꝫ btẽ uirginis· ⁊ uirgo
ei apparens ↄsolata est eã· unde assum
pta eius figura· dum cum milite ad de
monem accessisset· demon incepit cla/
mare· Non uenias maledicte qꝛ tu ad
ducis mibi uirginẽ benedictã loco tue
uxoris· Tunc miles territ⁹ ⁊ prostrat⁹
corã uirgine reprebẽsus per eaꝫ ꝓpter
merita sue uxoris reformatũ est bospi
tium suũ· Septimo est infirmantiuꝫ
consolatiua· quere de passione· Scd̃o

De murmure·

Murmur multa mala inducit in
nobis· Primo est meritorũ cõ
sumptiuũ· Legit᷑ in li· de· ui
do· spũ· san· ꝙ dum quidã bispan⁹ me
dicus in seculo ordinẽ predicatorũ in
trasset· ⁊ contra cibaria ⁊ modũ uiuen/
di ⁊ ieiunia murmuraret· uidit quadã
die quãdam dominã perlucidã ire ad
refectoriũ fratrũ· ⁊ erat ei preuia que/
dam iuuencula que de pixide extrabe/
bat electuariũ. ⁊ in parapside cuiusli/
bet fratris ponebat· cum ãt peruenisset
ad eũ ait· Tu nõ gustabis quousq̧ sis
de ordine aꝫinoꝝ. Et cum non intelli/
geret· domina subsequẽs sibi exposuit
dicẽs· Aꝫinus non murmurat de cibo·
de potu· de onere sibi imposito· Tunc
ergo eris de ordine aꝫinoꝝ quãdo ces/
sabit murmuratio tua· Qui contrit⁹ et
ueniã postulãs est misericordiã cõsecu
tus. Secundo est iniusticie causatiuũ
Fingit᷑ fabula ꝙ quidã princeps fuit
qui babuit aꝫinũ ⁊ equũ· ⁊ quia equus
babebat custodẽ ⁊ seruiebat sibi opti/
me ⁊ nibil faciebat nisi ꝙ iacebat ĩ sta
bulo· murmurauit cõtra eũ aꝫinus qui
portauit pondus diei ⁊ estus· qꝛ non

sic tractabat. Cum aūt quadā die exist ē te in agro ⁊ dominꝰ cum equo. hostes innasissent dominū. ille cum equo de/ bellauit eos ⁊ saluauit suā personam. Tunc ueniēte azino ad domum. dixit dominus sibi. Domine azine quare nō saluastis uos me hodie? Qui ait. Dñe non potui. ergo non murmuretis si e/ quus habet melius q̄ uos. qꝛ in uno puncto plus mihi seruiuit q̄ uos unq̄. Azinus est illiteratus. equus literatus qui et si habeat plura bona i uno pun cto plus seruit ecclesie q̄ illiteratus un q̄. Tercio est fatuoꝝ prouocatiuū. Refert Jacobus de uitriaco ꝙ quidā cum azino suo uadēs ad forū. murmu rabant uidētes ꝙ azinū nō equitabat. Qui ascendēs dum iuisset paululū alii murmurabant quia equitabat super a zinū. ⁊ dū plꝰ iuisset murmurabant qꝛ ipse ibat super azinū ⁊ puer iret pedes qui descēdens puerū posuit super azi/ num. ⁊ dum plus iuissent murmura/ bant ꝙ potius ipsi debebāt portare a zinum q̄ azinus eos. Tunc pr̄ ad filiū. Fili addisce hic optimā lectionē. quo cunq̄ modo iuerimus gētes murmura uerunt. ⁊ ideo non cures de uerbis. sed solum de hoc ꝙ iuste possis facere uti/ litatem tuam.

De pace.

Pax multa bona inducit in no/ bis. Primo eniꝫ nobilitat. Le gitur in gestis Alexādri ꝙ dux ipse quereret ab Aristotile quid erat il lud quod summe nobilitabat. Respō dit Aristotiles. ut sicut cupis ōnia re/ gna subiicere tuo imperio. sic cor tuuꝫ studeas subiicere paci ⁊ cōcordie. quia pax est domus cōcordie. trāquillitas mentis. ordinatio celestis curie. oē de siderium eā affectat. locus est dei. Finis ē orbis. confederatio humilitatis. adim pletio obedientie. augmētatio uite. fu/ gatio iniusticie. remediū laboris. ungē tum doloris. ⁊ fructus suauissimus.

Secūdo exaltat. Legitᷣ in uitaspa. ꝙ quidā interrogauit seneꝫ quid esset maius uel habere charitatē uel habere pacem. Respōdit. qui audiuit malum uerbum a proximo suo ⁊ uincit animū suum. hic ponit animā suaꝫ pro eo.

Item ad idē. Legitᷣ ꝙ dum Johan nes elemosinarius quēdam principem moneret ad pacē ⁊ ille nollet acqesce/ re. ille rogauit eum presente populo in ecclesia ut orōnem dominicā diceret cū eo. Cum aūt esset ibi. dimitte nobis de/ bita nostra. ait Johānes ad eū. Atten de quid dicitᷣ. Et cum ille uerbuꝫ illud non potuisset exprimere. ait ad eū Jo/ hannes. uirtus dei te inducit ad parcē/ dum ⁊ compunctus ⁊ recuperato uer/ bo pepercit.

De negligentia.

Negligentia multa mala īducit in nobis. Primo dei indig/ nationem. Fuit in hispania q/ dā clericus multis lasciuiis ⁊ deliciis d ditus. Qui ut magis abūdaret in istis fecit cedulam de suo sanguine scriptā homagii demoni. cūq̄ diu ī hac uita stetisset dum semel in sua camera sede/ ret, apparuit ei quidam miles lapideus cū equo ⁊ cū lancea uolebat eū interfice re. Cūq̄ ille ex hoc interficere quia tam diu peccata dilexerat ⁊ promisisset e/ mendā dimisit euꝫ. Qui cum negligeret conuerti. quadā die cum terribilissimo uultu dum emisisset lanceā cōtra eū. il/ le fugere cepit. ⁊ miles lapideus resum pta lancea insequebatᷣ attente. Tādem

currens ⁊ saluās se in ecclesia fratrū p̄dicatorum· miles amplius non cōparuit· Qui renūcians seculo ⁊ cum cōtritione uitā emēdās sumpsit habitū fratrum predicatoꝝ· Cum āt diu orasset deum ut cedulā factā de suo sanguine recuperare posset· dum quadā die ī oratione fleret ab imagine crucifixi est sibi proiecta· Iste fuit frater hyspanus qui multis miraculis claruit· Secundo inducit excecationē· Legit̄ in li· de vii·do·spūssan·ꝙ cum quidā pr̄ requireret filiū suū quo noīe uocaret̄· respōdit puer· nescio· Cūq; pater plus instaret· respōdit puer· nomen uestrum ē cito oblitus. quia cito obliuiscimini ōniū bonoꝝ datoꝝ uobis ōnū bonorū perditorum· ⁊ omniū peccatoꝝ operatorum· Tercio est penarū accumulatiua· Legit̄ in li· de· vii· do· spūssancti ꝙ cum quidam in orōne staret audiuit horribiles planctus cuiusdā damnati ⁊ dum quereret̄ quid plus plangeret· respondit ꝙ temp⁹ in quo penitētiam agere ⁊ gratiā acquirere poterat· ī quo peccauerat ⁊ dei offensam fecerat·

Quarto ē demonū associatiua· Fuit quidā miles lasciuiis deditus· ⁊ contemnens omne preceptū dei qui familiaris fuit cuidā nigromantico rogabat ut demones ostēderet sibi· Cūq; ille quādam nocte ad biuiū eum duxiss; ⁊ circulum circa eū fecisset· uenit demō ⁊ rogauit militē ut aliquod iocale udit sibi donare· Qui rēnuens dum miles acquireret quid plus diligeret in homine dixit ꝙ negligentiā. Cum āt secūdo interrogaret eū unde haberet tantā sciētiam· respōdit· Cognosco ōnia que sunt in celo ⁊ in terra ⁊ infra terrā ⁊ in cōsciē tia tua· ⁊ cum enarratis omnibus peccatis suis demon uellet eum rapere· clamauit· ⁊ liberat⁹ a sociis uitā emēdauit

De obedientia q̄ bona ⁊ q̄ placabilis est deo·

Obediētia multa bona facit in nobis· Primo est preceptorū conseruatiua Refert Cesari⁹ ꝙ fuit quidā seruus qui frequēter audiēs loqui de inobedientia Ade· dicebat ꝙ misere uirtutis fuerat· nam non reputabat obedientiā esse magnā uirtutē· tūc dominus secrete īclusit auiculā in pixide ⁊ seruo suo tradidit precipiēdo ꝙ non aperiret nec respiceret quid ītra esset· Postq̄ uero aliquātulum pixidem tenuisset tēptatus fuit aperire· ⁊ aperiens auicula euolauit· Tunc cōfusus ad dominū suū rediēs cōfessus est suā debilitatē· Loquēdo spūaliter· seru⁹ est homo· dominus est xp̄s· pixis ē charitas uel obediētia habēs duas partes· sc; precepta prime auicule tabule· ⁊ precepta secūde ē gratia· quādo ergo ista duo genera diuidātur· gratia separat̄· Secūdo est penarū superatiua· Legitur in uitaspa· ꝙ quidā hō perfectus uolens īgredi religionē· abbas sibi austeritatem obedientie proponēs dixit ꝙ tanta promptitudo requirebat̄ ī perfecto religioso ꝙ si diceret̄ sibi ꝙ īgrederetur furnum ardentem ꝙ esset paratus cōsentire. homo religionem intrat quem post modicū tempus abbas uolens probare. precepit ut ingrederetur furnum ardentē· qui subito ingrediens inter flāmas stetit illesus· ⁊ sicut in prato florido letabat̄ gaudēs· Tercio est uirtutū significatiua· Refert Seuerius ꝙ fuit quidā iuuenis ad obediēdū paratus quē abbas tēptare uolēs plā

tavit lignum aridum quod diu fuerat in edificiis precipiens iuueni ut eã diu irrigaret illud donec produceret fruc/tus. cum autem iuuenis absq̃ trangres/sione temuisset per annum. in capite an ni fructus suos dulcissimos produxit qd ei9 obedientie est ascriptũ. Itez ad idem Refert. cassianus q cum qui/dam fuisset religionẽ ingressus cũ uni/co filio suo uolens abbas probare ei9 obedientiã. precepit ut filiũ suũ proiice ret in furnũ ardentẽ. Qui statim eũ ar/ripiens dum uellet eũ proiicere ĩ furnũ a fratribus est retẽt9. ⁊ tunc probatus est q perfectissimus esset. Itẽ refert Gregori9 q fuit quidã monach9 perfe cte ⁊ summe obediẽtie. Cum ãt fluuius rapidus possessiones ecclesie destrueret iuit ad ripã dicẽs. Sicut fui obediens creatori ⁊ ordini. ita pcipio tibi q de/cetero non noceas monasterio. Et sta tim fluuius diuertẽs ad partẽ aliã. ex/tunc illas possessiones nõ lesit Quar to est meritoꝝ accumulatiua. Legit in uitaspa. q quatuor fratres ad quẽdã senẽ abbatẽ uenerũt. un9 diligebat sũme ueritatẽ alter nulli iuidebat nec ðtrabe bat. terci9 summã charitatẽ hẽbat. q̃r tus perfectus obediens erat. Tunc ab bas. uirtus istius maior ⁊ perfectior ẽ quia unusquisq̃ uestrũ cũ uirtute quã possidet retinet propriã uoluntatẽ sed iste uirtutẽ ⁊ uolũtatẽ obtulit deo.

De oratione.

Ratio multa bona inducit in nobis. Primo est dei placati/ua. Legit in li. de. vii. do. spi/ritussancti q cum quidã rapt9 uidissz pratũ pulcerrimũ ⁊ regi presentaret ui/olatus quidã. quedã domicella acce/dens ad reginã supplicauit ut instaret pro eo. tunc iste positus in extasi regre bat quenã esset que sic erat familiaris regine. Cui dictum est. rex est xp̃s. uiola tus peccator. regina uirgo Maria. domicella oratio pro cuius amore uir go benedicta stat ante filiũ ostendẽdo ubera. filius ante patrẽ ostendẽdo uul nera. Tunc ille ad se rediẽs ostendit q̃ beatũ est bene orare. Secũdo est ãge lorum letificatiua. Legit in li. de. vii. do. spũssan. q dum fratres per magnã partẽ noctis laborassent in matutinis dicendis in fine angeli trãsierunt p me dium chori cum omniũ instrumentoꝝ genere eos letificãtes ex dulcedine soni Itẽ ad idẽ. Legit in de. vii. do. spi ritussancti q quedã mulier simplex cũ tanta deuotione pr̃ noster ⁊ aue Ma/ria dicebat. ut ep̃s uidit colũbaz de ce/lo descẽdere ⁊ haurire lacrimas ei9. Cũ ep̃s scita ueritate eã docuisset aliquos psalmos psalterij. ⁊ cum illos diceret columba non descẽderet rogauit eã ut eo modo quo cõsueuerat oraret deum. Tercio est ditatiua. Legit in li. de septẽ donis spũssancti. q rex Francie habuit quẽdam famuluz qui cum diu seruiuisset regi remunerationẽ petiuit. Cum ãt rex cogitaret quõ posset euz di tare. ait iste Ego scio optimũ modum. sine diminutiõe bonoꝝ ṽrorum. ut qñ eritis in presentia populi ueniaz ad lo quendum uobis secrete. quod cõcedẽs statim habuit infinita munera eo q ui deret familiarissimus regi. Oratio spi ritualiter loquẽdo est tãq̃ filia regis. uel orãs regi celesti ad aurez loquitur. Qui uult ergo ditari spũaliter cordia liter orõni insistat. Quarto ẽ hosti/um superatiua. Legit in li. de. vii. do. spũssan. q fuit qdaz deuot9 qui semp

in principio diei orãdo dicebat. Com placeat tibi dñe ut eruas me ad adiu/uandum me respice. Cum ãt semel in extasi positus uideret' sibi ꝙ esset inuasus a latronibus oppressus a predonib9 i/fernalibus succẽsus undiq; a desideriis ꝛ temptationibus carnalibus. insuper lancea inique uoluptatis uolentem eũ occidere. hunc uersum expressisset affuit sibi quedã domicella porrigens sibi scutum prepulcerrimũ. ꝛ fugatis hostibus ait. Ego sum oratio tenẽs arma/turas passionis xpi. ꝛ iõ missa sum ut te liberarẽ ab hostibus istis. Quito est demonũ fugatiua. Refert Jacobus de uitriaco ꝙ dum quidã monach9 in extremis laboraret. adueniunt sibi de/mones in magna multitudine. ꝛ speci/aliter duo dracones ad deuorãdũ eũ. Cum ãt clamãdo exprimeret quod ui/debat. orantes circũstantes dracones ꝛ demones omnes recesserunt. Tunc infirmus exprimẽs quanta esset uirt9 o/rationis que sicut fumus expulerat demones mortuus est in pace. Jtẽ ad idem. Legitur in li. de. uii. do. spiritus/sancti ꝙ fuit quidã predicator q dum laboraret in extremis uenit ad eũ mul/titudo demonũ. Cuȝ ãt fratres circũi/rent lectum ꝛ orõnes multas dicerent. audita est uox. exeamus. quia isti cum murmurationibus suis molestãt nos. ꝛ uadamus ad cantorẽ talis ecclesie. et inuentum est ꝙ in illa hora cantor migrauit qua audita fuerat illa uox.

Sexto est maloꝝ afflictiua. Legit' in li. de. uii. do. spũssan. ꝙ dum quidã monachi in dissolutis uigiliis stantes ad matutinas uenissent. dormire cepe/runt Cũq; hoc quidã senex perpẽderet dixit pueris ut tacerent. Et facta aliq' pausa nihil dicto de matutinis puer clamauit Benedicamus dño. Tũc omnes expergefacti dixerunt Deo grãs. ꝛ in confusionẽ eoꝝ senex in crastinũ qd acciderat enarrauit. Jtẽ ad idẽ. Legit' in li. de. uii. do. spiri. ꝙ quedam uetu/la habẽs gallũ optime discernenteȝ horas noctis. quod moleste portãs ĩ principio noctis ipsuȝ balneauit. q ex hoc tardus cãtauit. in crastinũ fecit simili/ter. ꝛ sic tã diu tenuit quousq; abstulit sibi cognitionẽ horaꝝ. Loquẽdo spũaliter hec mulier est suggestio dyabo/lica. gallus est humanus anim9 qui ad adorãdum ꝛ laudandũ suum creatorẽ surgit. ꝛ quia hoc displicet suggestioni dyabolice tantũ balneat eũ in diuiti/is ꝛ deliciis quousq; auferat uirtutẽ orandi. Jtẽ ad idẽ. Legit' in uitaspatrum ꝙ dum abbas Macharius fuis/set ingressus ecclesiã ĩ qua dicebat' psalmodia. uidit ethiopes paruos uolita/re super capita uolãtium ꝛ aliquos saltare super humeros eoꝝ. ꝛ reuelatũ est sibi ꝙ primi erãt uana cogitantes. se/cundi peruersa dum diuinũ officiũ di/ceretur. Septimo est errantiũ directiua. Quidã discipulus beati Bernardi petiuit ab eo quare xps clauso hostio orare mãdauerat. cum tamen alibi di/cat in publicũ. respondit ꝙ habẽs paruum ignem ꝛ de nouo succẽsum debet abscõdere ne extinguat'. sed qui habet maximũ igneȝ exponit' uentis ꝛ magis accendit'. Sic de habentib9 charitateȝ paruam ꝛ magnã quãdo orãt Octauo est cordis subleuatiua. Legit' in canonica hystoria ꝙ fuit quidã filius regis qui mortuo patre ne resurgeret ꝛ recuperaret regnum fecit diuidi cor ꝛ corpus eius in diuersas partes. ꝛ congre/

gatis de diuersis regnis uulturib9 ad comedendum dedit ⁊ euolare permisit Loquēdo spūaliter iste est dyabolus. qui attendēs ꝙ per orōnē resurgit cor ad susceptionem regni celestis diuidit eum ad diuersa. ad delicias. ad diuicias. ad honores. ⁊ sic diuisum comeditur a diuersis peccatis ⁊ uolāt finaliter cum eo ad claustrum inferni. Nono est periculorum liberatiua. Legitur in triptita historia. ꝙ cū rex persarū uellet capere anthiochiam. ⁊ ex impetu destruxisset muros eius dū xp̄iani recursum non haberent nisi ad christū ⁊ ad orationem dum per totam noctem orassent. ⁊ rex persarū mane uellet intrare uidit muros ciuitatis totaliter reparatos. ⁊ sagittarios celestes paratos ad defendendū. qui territus ciuitatē dimisit ⁊ fugit. Cū āt per exercit9 nollet fugere de fluuio exiuit nebula ⁊ mittēs tātam abūdantiā muscaꝝ cōtra illos ut dimissis omnib9 acquisitis dicerent ꝙ xp̄s pugnaret pro xp̄ianis. Tunc ep̄s ad populū. quanta debet appciari deuota oratio ut liberet ab incendiis. ab hostibus. a carcere ⁊ a morte. Decimo est literarum nostrarum partitiua. Legit' in li. de. vii. do. spūssan. ꝙ cum quidā rex haberet cursorē qui in paruo tempore discurrebat terrarū spacia ⁊ peroptime peragebat sui domini negocia. ⁊ cū interrogaret' a dn̄o que essē causa. respōdit ꝙ amor. nam qz fideliter ⁊ ueraciter uos diligo. iō precepta peroptime impleo. Loquēdo spiritualiter iste nunci9 est oratio que omnes petitiones nostras ⁊ omnes lr̄as nr̄as corā deo portat ⁊ ingredit' suū palacium solū ꝙ non habeat cōditiones sequentes. ꝙ non sit nimis carnosus per appetitū deliciarū. ꝙ nō sit nimis grossus per appetitū honoꝝ. ꝙ non sit nimis carus per appetitū diuiciaꝝ. ꝙ nō sit nimis ponderosus per appetitū uindicte. ꝙ non sit infirmus per peccatū accidie. ꝙ non sit retrogradus per peccatum inuidie. nec excōicatus per peccatum malicie. ꝙ non sit claud9 per rapinam. mutus per detractionē. neqꝫ negligens quātum ad cōuersionē. Undecimo est pauperū prouisiua. Legit' in li. de. vii. do. spūssan. ꝙ dum de cluniaco parisi9 fuissent missi aliqui monachi in loco qui nunc dicitur sanctus Martinus de cāpis. ⁊ non inuenissent ibi necessaria. cluniacū redierunt. ⁊ illa nocte fuit reuelatū sancto hugoni cluniacen̄. ꝙ quia parū orauerāt paꝝ habuerant. ⁊ si multū orassent multū habuissent. Itē ad idē. Legit' in li. de vii. do. spūssan. ꝙ dum quedam paupercula mulier esset multū intēta orationi ⁊ non haberet quid comederet. dū de orōne surrexisset panē cādidissimū ad caput suū inuenit. Itē ad idem. Refert Gregori9 ꝙ cum quidā iuuenis oraret fidelissime. dum lacrimis perfusis aliquāculū obdormiuisset. apparuit ei domicella dans sibi scabellū rosarum. Cumqꝫ quereret que esset. Ego inquit sum deuotio. Et quot flores sunt in scabello isto tot beneficia tibi ⁊ aliis conferunt orōnes. Naꝫ oratio liberat a quocūqꝫ periculo. augmētat uirtutes. impetrat quicquid bō petit. illuminat mentes. uincit hostes. fugat temptationes. excludit demones. nutrit et pascit. reparat. honorat. uindicat. munit. saluat. deum placat. ⁊ omnē creaturam superat. exaltat. celos aperit. coronat. ⁊ perseuerāter beatificat. Itē ad

idem. Fuit quidaȝ miles frater cuius/
dam epi. ⁊ quia equū habebat episco/
pus quem nolebat cōcedere fratri suo.
⁊ semper ille eps eūdo ad spacium di/
cebat horas suas ⁊ raro ī ecclesia. fra/
ter sus rogat ut ad quatuor dies equū
sibi tradat. qui cōcedens quolibet die
bis uel ter miles cum equo ibat ad cā/
pos ⁊ clamādo Deus in adiutoriuȝ me
um ⁊c. ⁊ pungebat equū cum calcaribus
⁊ faciebat eū saltare ⁊ currere. ⁊ sic fuit
edoctus. ꝙ quotienscūqȝ audiuit Deus
in adiutoriuȝ ⁊c. sine calcaribus curre/
bat ⁊ saltabat. Tandē reddit equū fra
tri suo epo. ⁊ dū more suo iret ad spa/
cium ⁊ ibi inciperet dicere horas suas
equus saltare incepit fortissime. et de/
currēdo proiecit episcopū in maximo
luto. ait frater. Domine mi epe equus
uult militē ⁊ non capellanū. uult prelia
⁊ non orōnes. ⁊ sic habuit equū. Lo/
quendo spiritualiter equus est cor no/
strum ⁊ habet sellā frenū ⁊ cetera orna
menta sella cordis nostri est planctus ⁊
cōpassio. sed cingulum huius selle ē be
neficioꝝ recordatio. Frenū huius equi
habēs sex corigias. duas cingentes ⁊ re
gulantes caput sunt depcatio ⁊ roga/
tio. tercia cingēs frontē est obseruatio
altera cingens collum est allegatio. due
que tenent a milite sunt deuotio ⁊ sup/
plicatio. Ferrū huius freni est suffragi
um. duo calcaria sunt psalmodia ⁊ lau
datio. Et quia dyabolus uult habere
istum equū. facit ut animus noster equū
equitās precipitet in luto ut uadat ad
prelia ⁊ nō ad ecclesiā sanctā dei.

De ornatu.

Rnatus uanus multa mala cau
sat in nobis. Primo est meri/
torum priuatiuus Legit. ꝙ fu
it quidā sanctus qui duȝ oraret semel
in extasi positus uidit celū apertum. ⁊
dum staret cum mirabili gaudio eo ꝙ
multi per illā aperturā intrarent uidit
uenire duos dracones crudelissimos. ⁊c
illi extendētes unum maximum rethe ⁊
ponētes coram illa apertura prohibe/
bant omnes uolētes intrare ne possent
Cum ille tunc fleret a deo petiit ut de/
monstraret sibi quid erat illud rethe. ⁊
qui dracones. Affuit ei angelus dicens
draco unus est immūdicia. draco secū
dus est uana gloria. sed rethe est lasci/
uus ⁊ uanus ornatus mulierū. ⁊ iste ele/
uatur per inanē gloriā ⁊ immundiciā.
⁊ tantā iacturā faciunt. ut aperturam
quā xps suo sanguine fecit ī celo. clau
dant ne beneficia celestia possint ascen
dere ⁊ anime nō possint intrare ad glo
riam beatoꝝ. Et dico tibi ꝙ forte tot
damnantur per illicitas mulierum al/
lectationes ⁊ per uanos ornatus ꝙ̃ per
magnā partē demonū infernaliū Se
cundo est damnationis procuratiuus
Legit in li. de septē do. spūssancti ꝙ
dum quedā domina rogaret frequēter
dominū deum quid plus in muliere o
diret ut de illis posset se custodire. ra/
pta semel uidit quādam comitissaȝ sta
re in tormentis marinis ⁊ cruciari abs/
qȝ mīa a crudelissimis canibus inferni.
dū āt traheret de pena ad penā ⁊ trāsi
ret corā ista eo ꝙ fuisset sibi familia/
ris dum uiueret clamauit. Heu heu mi
sera casta abstinens fui ⁊ elemosinaria
pro alia re sic non crucior nisi pro ua/
no ornatu per quem fui peior ꝙ̃ ignis
infernalis. qui non cōburit nisi pecca/
tores ⁊ sibi coniūctos. Tunc illa que
hoc uidebat dixit ei. Ergo uanus orna
tus est illud quod plus displicet deo ī

